BREVE COMPENDIUM AD GENERALEM...

Francescani






BREVE

COMPENDIVM

Ad Generalem Mini ſtrum totius Ord. S.P.N. Franciſci.

Necnon ad Prouinciales, Commiſſarios, alioſquè Superiores ſpectātium:



ROMÆ, ET BRIXIÆ,
Typis Antonij Ricciardi.
M. DC. LVIII.

Superiorũ Perm[illegible].

CU

GI

Fr. IOANNES á Neapoli totius Ord Minorũ S. P. Frãcisci Generalis Minister, & Seruus. Dilecto nobis in Christo plurimùm P. Fratri Francisco de Torano Prouinciȩ nostrȩ reformatæ Romanȩ Concionatori, Lectori Generali, & ad presens Diffinitori, salutem in Domino sempiternam.

CVm iuxtà Apostolicas sanctiones, necnõ Ordinis nostri Cõstitutiones reuisũ, & approbatũ fuerit opus à te ex ordine nostro collectũ, cuius titulus est(Breue Compendium ad Generalem totius Ordinis S. P.


Francisci, necnon ad Prouinciales, Commissarios, aliosque Superiores) Tenore præsentium, cum salutaris obedientiæ merito tibi facultatem elargimur, quatenus seruatis seruandis, eum Typis mandare possis. Vale, & pro nobis ora. Datum Romę die 30. Decembris 1647.

Fr. Ioannes de Neapoli
Minister Gener.

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiss. Sac. Apost. Pal. Mag.

A. Riualdus Vicesg.

Iussu



IVssu Reuerendissimi P. Fr. Vincentii Candidi S. P. M. libellum perlegi, cui titulus, Breue Compendium ad Generalem totius Ordinis S. P. Francisci, necnon ad Prouinciales, Commissarios, aliosque Superiores, & quia nil reperi in eo, quod aduersetur, vel orthodoxæ fidei, vel rectis moribus, imò in ipso comperi maximam Christianam eruditionem, qua breuiter, & dilucidè ad satietatem erudiuntur Regulares, in eorum officio ritè persoluendo, opere, & labore Adm. Reu P. Fr. Francisci de Torano Lectoris Generalis, & Prouinciȩ Romanæ Reformatæ Definitoris eiusdem Ordinis. Ideò maximopere iudico, Typis imprimendum, ad commu-

nem Regularium omnium, nedum supradicti Ordinis, vtilitatem. In quorum fidem, die 22. Decembris 1647.

Ego Stephanus Quaranta Clericus Regul. S. Th. Professor, & in alma Vrbe totius Cleri Examinator, S. Officij Qualific. & SS. Congregationum Indicis, & Rituum Consultor.

Imprimatur.

F. Raymundus Capisuccus Magister, & Reuerendiss. P. F. Vincentij Candidi S. P. A. Mag. Soc. Ord. Predicatorum.

Adm.

Adm. R. P. F. Bartholomæo Taeto à Castenedulo Agri Brixiensis Oppido, Ord. Minor. Obs. & in Brixiana eiusdē Ordinis Prouincia olim à secretis, Definitori, & ipsius Prouinciẹ Ministro Prouinnciali, nunc custodi Solertissio maxime Colendo.

Q*Vẹque ad Religionē maximè augendā, simulq; tuẹndam faciunt, quæq;*


quæq; et ipsius peculiaria videntur, et Religiosis potissimum ipsis pro Religione enixè collaborantibus profutura, ea sane Antistibus ipsorum essent offerenda, vt expeditius, et utilius exercere posset sua quisq; munera: Quę vero in Priuilegiorũ hocce Opusculo exarata habentur ad hoc apprimè selectiora rĕsentur; cũ hoc Adm. R. P. Euãgelista à Gabbiano, qui totius Sancti Patris Francisci Ordinis extitit Pater, et tuæ Prouincię

Brixianę iterum atq; iterum Minister Prouincialis per celebris, cuius memoria in benedictione est, huc perlatum esset, cumq; omnibus per gratum, et vsui fore non dubitarem, etiam nostro prelo excutiendum, et tibi nuncupandum accreui. Adm. R. P. qui magna pro tuæ es Religione feliciter operatus, et hac item in tua nunc Regione tuæ prælibatę Religionis Prouinciç Custodis Onus prudentissime, et prouidentissimè su-

stines. En tuis igitur sub auspicijs, tuoq; per celebri nomine decoratū opus prodit, en certum, licet exiguum, meæ in te obsequiosę mentis, amorisq; signum Tuæ deniq; benignitatis est vt idem, et perlibenter, et per benigne recipias: Interim te; vt me diligas, et vigeas, exoro: Vale. ex Typographia nostra. die 24. May 1658.

Tibi Addictissimus.

Antonius Ricciardus.



De Abbatissis.



BBATISSA, & priorissa, & quocunque alio nomine Pręfecta, vel Præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quòd si his qualitatibus non reperiatur in eodē Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex ijs, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerit, Episcopo, vel alio

Superiore conſentiente, eligatur. Sac. Concil. Trid. de Refor. ſeſſ. 25. cap. 7. Deficiente hac ætate, electio erit nulla, & ſuper hos annos Epiſcopus, aut alius Superior diſpenſare nequit, Nouarius de Iure Pontif. nouo concul. 2, de elect. conclus. 1. de ætate, & qualit. & in Lucerna Regular. ℣. Abbatiſsa, n. 5. Nota tamen, quòd quoad illos quinque, octo, & quadraginta annos, ſufficit, quòd ſint incœpti; trigeſimus verò annus debet eſſe completus, cùm dicat Concilium, annum trigeſimũ exceſſerint. Idipſum Sac. Cõgr. Card. declaraſſe fertur, Hieron. Roder. tit. de Abbatiſſis rofol. 2. n. 5. Lezana l. C. ℣. Abbatiſsa, n. 8. Barboſa l. C. num. 7. Conſtit. Valliſol. 1593. cap. 11. fol. 299. & Rom 1642. cap. 11. 9. 8. nu. 1. & 2. Nota etiam, quòd vbi in Monaſterio quadragenaria reperitur, nequit Superior trigenariam eligere, dummodo quadraginaria alias à iure requiſitas

ſitas habeat conditiones.

2 Abbatiſsa debet eſse virgo, & legitima; nam ſi vidua, aut illegitima, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, vel Sac. Congr. licentia, eligatur, electio erit nulla, Sac Congr. Epiſc.& Regul. in vna Caſsanen. 29. Ianuarij 1585. & aliàs 16. Iulij 1616. Barboſa in Collectan. Apoſtol. decis. ℣. Abbatiſsa, num. 3. & 4. Lucer. Regul. ℣. Abbatiſsa, n. 1. & 10. Spinatiola tit. de Abbatiſsis, & Monialibus. Viduam tamen poſse eligi, & auctoritatibus, & rationibus, & in praxi ſuſtinet, & probat. P. Sanctor. Melphien. in Comment. ad Conſtitutiones Relig. cap. 11. Statuto 7. fol. 843. Ex quo etiam patet, quòd ſi Abbatiſsa poſt electionem violari ſe permiſerit, & crimen ſit occultum, non eo ipſo priuata cenſetur, nec diſpenſatione à ſuo indiget Superiore, vt putauerunt Lucerna Regular. ibi num. 3. & Riccius in Collectan. par. 0.

de-

decis. 2415.

3 Illegitimo thoro natam non esse exclusam, quò minùs Abbatissa eligi possit, à Sac. Congreg. fuisse decisum an. 1592. ex Gauanto refert, & absolutè absque vlla distinctione profert Melphien. loco cit. At electio etsi esset nulla, si de illegitima fiat, vt putauerunt nonnulli apud Lucer. Regul. cit. nu. 10. Verùm quia non sunt reuocata priuilegia Regularibus concessa, non erit necessaria Sedis Apostolicæ, vel Sac. Congreg. dispensatio, sed poterunt super hoc dispensare Ordinis Superiores, Diana resolut. moral. par. 3. tract. 2. de dub. regularibus resol. 10. ex Rodriquez, & Portella, & Lucerna Regul. num. 11.

4 Regulares tenentur diem electionis Abbatissæ Episcopo significare; eumquè vsque ad præfinitum tempus expectare, si antea Episcopus expressè declarauerit, se vti velle faculta-

te

te sibi in hac parte attributa, Abbatissarumquè electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem, licere Episcopo animaduertere in Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt ante tempus ei significatum, aut die electionis eidem non prænunciata Sac. Congreg. Concil. In declarat. Bullæ 18. Creg. XV. apud Cherubinum to. 4. Bullar. fol. 102. At quia electionis tempus prescribere, non ad Episcopum, sed ad Superiorem Regularem spectat, Melph cit. fol. 840. si iuxtà præfixû tempus Episcopus per se, vel per alium non adfuerit, ad electionem deueniri poterit, eadem Sacra Congregat. ad fauorem P. Pauli à Lauda contra Archiepisc. Mediolan. declarauit in noua collectan. Constitut. Pontific. ad Seraph. Religionem spectantium fol. 451. Si autem Episcopus

pus electioni aderit, sine vlla Monasterii impensa fiat, Gregorius XV. cit. Constit. 18. §. 5. Barbosa lit. C. num. 14.

5 Is, qui electioni præest, Episcopus, siue alius Superior claustra Monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestrellam vota singularium audiat, vel accipiat, Trident. cit. cap. 7 nisi Prælati prudenter iudicent, non posse fieri canonicè dictam electionem, ipsis non intrantibus, ob inquietudinem Monialium, & suspicionem subornationis votorum inter ipsas subortæ, aut ob alias iustas causas, à Superioribus prudenter arbitrandas. Barbosa ad loc. Concil. Hoc autem iudicium ad Superiorem Regularem spectat, quia ipse iurisdictionem, & superioritatem in Moniales habet, & quia res Monasterii meliùs nouit.

6 Abbatissæ electio pertinet

ad

ad Moniales illius Monasterii quatuor, & plurium annorum professas, nonobstan. cap. indemnitatibus. de electio in 6. Debet regulariter fieri per vota secreta oretenus data; quia si per vota non secreta fiat, electio erit nulla; & nullitas nec ab Episcopo, nec à Superiore dispensari potest, Trid. sess. 25. cap. 6. de Regularibus, Nauarr. cons. 4. tit de elect. & cons. 83. de Regul. Barbosa lit. C. n. 13. Rodericus resolut. 2 de Abbatissi, num. 24. Constit. Vallisolet. fol. 300. & Rom. 1642. cap. 11. §. 8. Si autem electio fiat per schedulas, erit valida, Melph. cit fol. 838. sic etiam. si preter Episcopum, & Superiorem, coram duobus aliis testibus fiat electio, erit valida; Constit. Vallisolet. loco cit. & Rom. ibidem nu. 3 vbi Melph. cum aliis, Barbosa ad cap. 6. sess. 25. Concil. Trid. Lucerna Regular. V. electio num. 8. quan

quam

quam num. 7. dixerit opposi-tum, & dicat Riccius decis. 2579. par. 7. Nota tamen; quòd cùm in Capitulo Generali ce-lebrato Toleti anno 1645. ab-rogatæ fuerint præfatæ Roma-næ Constitutiones, quæ loco cit. num. 6. præscribebant, quòd in Abbatissarum electionibus votum non haberent, quæ qua-tuor annos, à professione emis-sa, non haberent; & restitu-tæ sint Constitutiones Valli-soletan. ex ipsis loco citatis, vt votum habeant, sufficit, vt duos professionis annos exce-dant.

7 Episcopum autem in Ab-batissæ electione non posse ex-quirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debere à Superiore Regulari sciente tamen, & au-diente eodem Episcopo, cen-suit S. Congr. in vna Anconit. die 4. Octobri 1628. & die 10. Septēpbris 1639, Barbosa lit. C. n. 15.

num.15.Spinat.loco cit. Certum namque est, ius perquirendi vota, & examinandi personas extare penès habentem potestatem confirmandi Abbatissas, c.nihil.vbi Glos ℣. examinet. de elect. Glos in c. cùm nobis, §.his igitur. eodem tit. Nauar. de elect.lib.2.cons. 2. num. 2. Lezana de oblig. Regular. in elect. facienda num. 36. Potestas autem confirmandi Abbatissas est penès Superiores Ordinis, Azor.instit. moral. par.1. lib.13.cap.10. q. 3. Tamburin. q.1.disput. 29. sub n.1. de iure Abbatiss. Lezana loco cit. & Sac. Congreg. Concil. in dicta Bulla Gregor. XV. ad 5. Igitur non ad Episcopos, sed ad Superiores Regulares spectat, & vota recipere, & Abbatissam, quæ maiorem votorum numerum habuit (si aliàs idonea sit) confirmare, vel infirmare, si idonea non sit.

8 In quibus verò Monaste-

rijs plures sorores germanæ fuerint, si earum vna Monasterio præfuerit, reliquę neque Vicariæ, neque Discretæ, nequè Ianitrices, neque Scribæ, aut Cancellarię esse possint, Vallisolet. loco cit. & Roman. num. 7. quod etiam ad literam statutum fuerat in primo Concil. Mediolan. sub S. Carolo. Melph. 843.

De Absolutione.

1 ABsoluere possunt Superiores Ordinis Nouitios ab omnibus illis sententiis, & censuris, à quibus possunt professos, & hoc in vtroque foro, Peirinus tom. 1. Priuil. Regul. fol 86. n. 30. & hoc vel ante, vel post habitus susceptionem, dummodo post acceptam absolutionem mox habitum recipiant. Nec solum poterunt, eos absoluere à Censu-

suris generaliter latis, sed etiam nominatim excommunicatos, Melph. Constit cap. 2. stat. 14. fol. 104. satisfacta tamen parte, si satisfacienda sit. Nec in absoluendo Nouitios necesse est formam canonicam obseruare, dicendo scilicet Psalm. Miserere, & eos flagellando, Rodriquez tom. 1. quæst. Regul. quæst 20. art. 21. & Peirinus ibi num. 31. Maturè tamen est procedendum in absoluendo, præcipuè nominatim excommunicatos, ne legatos, & Episcopos prouocent ad odium, & quando talis casus occurrerit, illis satisfiat, licèt absolutè absoluere possint.

2. Absoluere possunt Prælati Regulares suos subditos, qui Monialium clausuram ad malum finem violarint, Peirinus tom. 2. Priuil. fol. 267. num. 42. Absoluere possunt Nouitios, & Fratres ab excommunicatione, quæ contrahitur per simo-

niam,

niam, & diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex hoc vitio, ſiue poſt celebrationem cum hac cenſuras, ſiue ante, ſiue in beneficio, ſiue in ordine, &c. Melph loco cit. qu. 7 de quo vide ipſum ibi, & qu. 8. & 10. Conſt. Valliſolet. fol. 9 Rom. 1642. cap. 2. §. 2. num. 12. Reform.

3 Ex ampliſſimis priuilegiis conceſſis ab Eugenio IV Caſſinenſibus, & Benedictinis Valliſoleti, ſcilicet, vt poſſint abſoluere ab omnibus, qualitercunque enormibus cenſuris, & ſententijs, à iure, vel ab homine, in genere, vel in ſpecie promulgatis, vel promulgandis, & alijs ſimilibus priuilegiis alijs Religionibus conceſſis, quæritur, an Superiores Regulares Generales poſsint abſoluere ſuos ſubditos à caſibus in Bulla Cœnę reſeruatis? Videtur, quòd non, præcipuè propter Bullam Cœnæ promulgatam ab Vrba-

no VIII. incip. Pastoralis, sub kal. Aprilis 1627. tom. 4. Bullarii Cherubini fol. 355. vbi à §. 22 vsque ad 25. inclusiuè derogat omnibus priuilegijs quomodocunque, quibuscunque, & qualitercunque concessis, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, &c. omniaquè, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitùs omisso, insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitùs tollimus, & omnino reuocamus, &c. Quæ sunt omnino conformia alteri simili Bullæ datæ à Paulo V. sexto Idus Aprilis 1610. priuilegia autem Mendicantibus concessa sunt in meritorum remunerationem, & per viam cuiusdam contractus; igitur cùm ab Vrbano de his fiat mentio expressa, facultas absoluendi à casibus in Bulla contentis; erit penitùs, &

om-

omnino reuocata. Hanc sententiam plures sustinent,& affirmant.

4 His nihilominus non obstantibus Reuerendissimus noster P. Ludouicus à Cruce in expositione Bullæ Cruciatæ disputat. vnica cap. 10. dub.4. cum esset Sacræ Pœnitentiariæ Lauranensis Præsidens anno 1634. secum rectis num. 8. pluribus affirmantibus, per præfatas Cœnæ Bullas non esse reuocata priuilegia prædicta Regularibus concessa, à num.9. ad finem vsque hanc probat conclusionem: probat, inquam, per nullam Bullæ Cœnæ publicationem, Cruciatæ Bullam reuocari, in qua conceditur facultas absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ; & dub.5. argumentis in oppositum respondet.

5 P. Sanctor. Melphin. in Comment. ad Constit. Minor. cap.2.statut.14.à §. dico quartò,

fol.

fol. 106. ad fol. 123. hanc Conclusionem defendit, quod videlicet possumus absoluere etiam à casibus Bullæ Cœnæ. Huius Patris doctrina quanta sit, ipsa se manifestat. Eius opera Romæ impressa fuere an. 1643. Cùm ipse esset Sacrosanctæ Pœnitentiariæ Lateranensis Præsidens, ex quo facilè coniectari licet, sibi ignotas non esse Vrbani VIII. super hanc materiam sanctiones. Id parum esset, si harum sanctionum memoriam non faceret; etenim fol. 110. in fin. in medium adducit §. non obstantibus ibi etiam per viam contractus, & remunerationis Bullę Cœnæ Vrbani. Insuper fol. 113. respondet Decreto Sac. Congr. Regulariũ sub Clemente VIII. an. 1601. & 1602. renouato sub Paulo V. an. 1617. & sub Vrbano VIII. anno 1628.

6 Iacobus Mancin. in pract. visitat. infirm. 8. impress. anno 1642. de Sacramentis Confess.

prædict. 4. dub. 15. Bullã Cœnæ referens, ac opinionem affirmatiuam, & negatiuam afferens super dubium, An Episcopus facultatem habeat absoluendi suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ, in fine concludit dicens, [vtramque opinionem tuta conscientia sequi posse.] Latè autem probat Candidus to. 2. disquisit. 24. art. 59. dup. 1. Superiores Regulares eandem habere auctoritatem erga suos subditos, quam habent Episcopi erga suos, vt patet per Decret. Pij V. apud Roderic tom. 1. q. q. Regul. q. 61. artic. 9. Et certè si [Episcopi] virtute Concilij Trident. poterunt dispensare, & absoluere ab omnibus casibus occultis, etiã si per subsequentẽ Pontificiam reseruationem reseruantur, nisi adsit clausula specifica derogans] vt idem Candidus concludit to. 1. disquisit. 13. artic 31. Cum à præfato Pij Decreto concedatur Regularibus quicquid per

Concilium sess. 24. de reform. cap. 6. concessum est Episcopis, & ipsi poterunt absoluere ab omnibus casibus occultis, etiam si per præfatas Pontificias reseruationes reseruati fuerint.

7 Dices, in illis reseruationibus adesse specificam clausulam derogantem: at respondetur, quod per illam clausulam Bullæ [non obstantibus Cōcilijs, etiam generalibus &c] nō derogatur Concilio Trid. propter maximam sui grauitatem, nisi de eo specifica fiat mentio, & non per clausulas generales, ita cum Arcid. & Felino Bannes 2. 2. q. 11. artic. 4. Azor. 1. p. Instit. moral. lib. 8. cap. 10. q. 50. qui licet tutierem partem negatiuam affirmet, tutam tamē esse partem affirmatiuam non negat, vnde data, & non concessa hac hipothesi, affirmatiua pars sequi potest, quod multis propugnat Diana in 4 par. tract. 4. resolut. 8.

8 Doctorum multitudinem, nostram sententiam tenentium, hoc breue compendium non sustinet, ideò apud citatos à curiosè timidis videri poterunt, apud quos, & rationes non pœnitendæ inuenientur. Miror autem, cur Mendicantes tàm faciles sint, ad suo iuri cedendum, quin & tot, etiam Classicis, & non aspernandis Doctoribus in sui fauorem cedant, eorumque rationibus applaudant: dum ergo Sixtus IV. declarans litteras Clementis IV. (quibus conceditur ampla absoluendi facultas, exceptis illis atrocissimis excessibus, qui essent ad Sedem Apostolicam meritò destinandi) ait, hos excessus esse, schisma, hæresis cum relapsu, falsificatio literarum Apostolicarum, & delatio prohibitorum ad infideles, insuper, & conspiratio in Romanum Pontificem, his exceptis, dicamus, Superiores posse absoluere suos

sub-

ſubditos ab alijs caſibus; etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis.

9 Probatur. Inprimis apud Barboſam in remiſſion. ſuper cit. cap. 6. Concilij plures ſunt, qui affirmant, facultatem ibi Epiſcopis conceſſam, non eſſe reuocatam, quàm qui id negent: affirmantibus autem addendi ſunt à nobis citati, & alij recentiores, qui ex profeſſo, & acuratè rem pertractarunt; igitur præſumendum non eſt, eos in re tam graui ſine ſolidis fundamentis ſuam ſententiam fabricaſſe, atque animæ ſuæ, aliorumque ruinam ſtruxiſſe: etenim quod à pluribus ſapientibus quæritur, facilius inuenitur, 10. diſt. de quibus, & per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur 64. diſt. c. extra conſcientiam, & C. de fidei com. l. vlt. ad fin.

10 Secundò. Præſumendum non eſt, Pontifices ita faciliter aliorum Pontificum reuocare Decreta, Cùm Apoſtolicæ Sedis ſen-

sententia tanta semper Consilii moderatione concipiatur, tanta patientiæ maturitate decoquatur, tanta deliberationis grauitate proferatur, vt retractatione non egeat, vel immutari necessarium ducat. 35. q. 9 Turpe est tibi sæpius retractare, quæ feceris, & iudicium tuum frequenter periclitari non decet; dicebat Bernar. ad Eugen. lib. 4. de consid. Hinc reg. iur. 16. in 6 est, quod [Decet, concessum à Principe priuilegium esse mãsurum] etiam si concedatur ob solam meritorum remunerationem; esto sola gratitudinis lege remuneratio deberetur; vnde infert Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 23. num 4 non posse Principem reuocare tale priuilegium, quia censetur Per modum contractus concessum. Vt quid enim quotidie Pontifices Regularium priuilegia confirmant, si multoties accidit, vt infra Paucos dies Bulla Cœnæ publicetur, & si per hu-

iuſmodi publicationem con-
ceſsa priuilegia reuocantur ?
Hęc enim interrent inconſtan-
tiam, & repugnantiam, quam
ſacri Canones, & Imperatorum
leges in Principe maximè con-
demnant, vt notat Baldus, &
habetur in c. imputari. de fid.
inſtrum. Clem. vn. de renunc. &
l. vbi repugnantia. de reg. iur.
& facit cap. fin. de off. deleg.
in 6.

11 Tertiò; ſi per bullam Cœ-
næ non reuocantur facultates
concelsæ à Tridentino Epiſco-
pis, per Cruciatam fidelibus,
& per Bullas Inquiſitoribus;
ergo nec regularibus: vbi enim
militat eadem ratio, eadem
iuris diſpoſitio militare debet;
l. illud. ff. ad l. Aquil. l. ſi poſtu-
lauerit, §. 2. ff. ad l. Iul. de adul-
ter l. à Titio. ff. de furtis. & l. il-
lud, C. de Sacroſ. Eccleſ. §. ſi igi-
tur. Cùm ergo eadem ſit au-
ctoritas concedens, eadem im-
pulſiua concedendi ratio, ſci-
licet animarum ſalus; nec vlla

appareat euidens vtilitas, vt ab illo iure, nobis concesso, Pontifices recessisse præsumantur, vt exigit Vulpiam. in l.2.ff.de Constit. princip. & Arist. 2. Politic. cap. 6. igitur dicendum est, quòd per Bullam Cœnæ nostra priuilegia reuocata non sunt.

12 Quartò; verisimile non est, amantissimum Religiosorum Patrem Pontificem summum sub incerta cuiusdam vtilitatis specie, nempè frœnis quo videlicet Religiosus à faciliori peccandi licentia retrahatur, velle certum, & penè euidens eiusdem Religiosi, & Religionis detrimẽtum. Quàm periclitentur Religiosi ex vagatione, deplorant, sed non satis S. Basil. serm. 1. de instit. Monach. & lib. de abdicat. rerum. Tertull. lib. de spect. cap. 8. Hieron. in Tren. cap 4. v. 1. Gregor. hom. 17. in Euang. Bernard. lib. de modo benè viuen. cap. 66. in tract. ad Fratr. de monte Dei.

Petr. Dam. lib. 6. epist. 5. Ansel. epist. 7. Gilibert. Abb. serm. 47. in Cant. Carthus. In Prou. 27. v. 8. Seneca epist. 1. & alibi apud Carthus. loco cit. vt Bonauenturam, & alios omittam. Hoc animaduertens Iulius II. ann. 1510. 27. Februarii apud Rod. fol. 260. petentibus Prædicatoribus, vt sibi declararet, an per clausulas derogatorias positas in Bulla, quæ singulis annis in Cœna Domini publicatur, absoluendi facultas Ordini adempta sit, respondit in hæc verba: [Nos igitur, qui Religiosorũ quieti, quantũ cùm Domino possumus, libenter consulimus, volentes occasiones tollere vagandi, attendentesque, quod multa in prædicta declaratione concessa sunt,] nempè à Sixto IV. [quæ in Bulla prædicta continentur, eiusdem S. Sedis auctoritate decernimus, qđ illi, quibus in prædicta declaratione concessa est potestas absoluendi, & dispensandi, licitè possint perpetuis fu-

turis temporibus absoluere, & dispensare in omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla Cœnæ Domini non esset facta, nec fieret. Preterquàm à conspiratione in Romanum Pontificem, &c.

13 Priuilegium ergo hoc à Sixto Quarto concessum, & à Iulio Secundo pro perpetuis futuris temporibus confirmatum, & per plures priuilegiorum Mendicantium confirmationes à Summis Pontificibus firmatum, verisimile non est, ab Vrbano Octauo fuisse infirmatum: non enim (vt diximus) sic faciliter iuris regulis derogatur, & non nisi vrgentissimis de causis, vel maxima vtilitate interueniente, Pontifex successor prædecessorum suorum, vel reuocat concessa, vel sancita in nihilum ducit, Cum ergo hanc verisimilitudinem habeamus, habemus quãdam naturalem rationem, l. non est verisimile, ff. qđ met. causa. l. cùm res legata, ff. de leg. 1. de

quo

quo Bald. conf. 180. num. 3. volum. ?. Oldrad. consil. 13. Crauet. conf. 182. num. 6. Euerard. in locis leg. cap. 5. Tiraquellus in l. si vnquam, num. 37. & sequent. vnde concludere possumus, nostram sententiam esse solidam, & firmam.

14 Quod vero attinet ad sacræ Congregationis Decretum, tot confirmationibus comprobatum (vt dicitur) respondet sufficienter Pater Sanctorus loco cit. à fol. 113. cuius responsionem breuitatis causa prætereo: ibi eam videat, qui eam videndi curiosus erit. Addam nihilominus, quod & si Bullæ, aut Decreta in contrarium suum sortirentur effectum, & perfectè authentica, & iuridicè publicata, & intimata fuissent [quod plures negant] fortasse intelligi deberent de absolutione, quoad sęculares, non quoad Regulares, nisi de eis, eorumque priuilegiis fiat expressa mentio ita eorum re-

uocatione ; priuilegia enim, & gratię sunt amplianda, odia verò sunt restringenda, de reg. iur. in 6.

15 Prætereà absoluere possũt eos, qui interdicti causa fuere. Melph. ibi quest. 8. fol. 137. Item ab irregularitate contracta ex bigamia, nedùm interpretatiua, cum quis viduam, vel corruptam ducit: aut similitudinaria, quando scilicet in sacris constitutus, vel professus ducit vxorem, & consummat matrimonium; sed etiam ex vera, quando quis cum duabus vxoribus matrimonium verum, & validum consumat. Melph. ibi quæst. 6. fol. 133. Etiã extra forum sacramentalem, idem fol. 124.

16 Absolui possunt Prælati Regulares à Confessarijs, sibi electis, ab omnibus casibus, à quibus possunt dicti Prælati suos subditos absoluere, Peirin. tom. 1. § 9. fol. 76. & fol. 86. num. 29. licèt de Guardianis, & in-

inferioribus oppositum asserat Melph. cap.7. stat.1. fol.504. Absolui autem, & absoluere possunt, non solum in Conuentu, & iurisdictione, verum etiam extra, idem fol.503.

Absolutio in Capitulis fienda, vide tit. de Capitulis, & alia in tit. de Confessoribus.

De Actis in aliquo Capitulo; & de Agnis Dei.

1 ACta in vno Capitulo Generali, vel Prouinciali in alio approbari, vel reprobari possunt, etiam si sint à Pontifice confirmata, si confirmatio sit in forma communi. Rodriq. tom.1. quæst. Regular. quæst.10. art. 4. Clarius quæst.68. art.5. Tamen ob Religionis bonum non expedire huiusmodi acta, seu statuta sæpius mutare, probat Peirin. de priuil. Regular. tom.1. 9.4. fol.120. Pro hac materia vide in

in tit. de Capitulis.

2 Agnos Dei tangere non licet, nisi in sacris constitutis; quia oleo sancto consecrantur: non est tamen culpa nisi venialis, & leuis eos cum reuerentia, & sine contemptu tangere, Peirin. ibi fol. 145. nu. 5. Contra autem miniantes, & inaurantes eos adest excommunicatio latæ sententię Gregor. XIII. in Const. incip. Omni. Bonac. de excom. particulari disp. 2. punct. 29. q. 2.

De Altaribus.

1 FRatres Minores in suis Oratorijs priuatis possunt celebrare Missam in Altari portatili, ex concessione Honorij III. Const. Quia plures in 1. tom Annal. fol. 1. Bulla 1. Et ex concessione Innoc. Papæ IV. Constitut. 25. Bullar. Roder. fol. 17. incip. Nos attendentes. Et ex Sixto Papa IV.

Con.

Constit. 14. Bullar. Rodet. fol. 131. incip. Regimini vniuersa lis, num. 7. & 39. Quod priuilegium per Concil. Trid. sess. 22. de euitan. & obseruan. circa med. non est reuocatum nam Greg. XIII. post dictum Conc. an. 1579. Const. 57. apud Cherubin. tom. 2. Bullar. fol. 433. incip. Vsum altaris concessit Patribus Societ. Iesu, vt, non obstante dicto Decreto Concil. in Altari portatili vbique gentium celebrare possint (modò loca tuta sint, & honesta) concessit. Quo priuilegio per communicationem gaudent Mendicantes. Hieron. Roder. resolut. 9. num. 5. Peirin. tom. 1. de priuil. Regul. fol. 6. num. 27. & 28. contra Suarez.

2 Fratres Minores intra suos Conuentus erigere possunt Altaria ad Missarum celebrationem, cum debita tamen decentia, maximè apud loca, vbi decumbunt infirmi. Etiam in Camera Prælati; in Compend.

Pri-

Priuileg. Fratrum D. Hieron. ✠. Altare. §. 1. Idem concessit Gregor. XIII. PP. Societ. Iesu, apud eorum Compend. ✠. Oratoria. §. vnico. Roder. quæst. regul. tom. 1 q. 43. art. 4. 5. & 6. Hieron. Roder resolut. 9. nu. 8. Portell. ✠. Altare, nu. 3. Peirin. loco cit. nu. 29. & 34. Hinc Episcopus impedire non poterit in huiusmodi Altaribus celebrationem. Barbos. ad loc. Trid. num. 5.

3. Altaria in Regularium Ecclesijs quandocunque de aliorum iure patronatus reperiuntur, quibus nulla, vel exigua valdè est dos assignata; quòdq; Paramentis necessarijs priuata, ac vetustate consumpta, in graue huiusmodi Ecclesiarum dedecus, ac diuini cultus præiudicium, ruinam minantur, huiuscemodi Patroni à locorum Ordinariis, vel à Superioribus moneri debent, vt infra breuem aliquem, sed compesentem, terminum ea restau-

rent,

rent, dotent, ac ornent, alioquin, si id facere detrectauerint, vel demoliantur huiusmodi Altaria, vel iidem Patroni omni iure, & actione in iis competentibus priuentur, Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Mutinen. 16. Ianuar. 1604. Barbosa Collectan. V. Altare, nu. 6.

Altaria, & Capellæ in Ecclesiis Regularium nequeunt ab Episcopis visitari. Vide V. Episcopus.

De Apostatis. Appellantibus, ac Arboribus.

1 APostatas, & fugitiuos recipere, vel occultare præsumentes in domibus suis, excommunicari possunt per Cōstitut. 13. Leon. X. incip. Exhibita. imò per alias Pontificias Constitutiones esse excommunicatos, probat Peirinus tom. 1. Relig. Concl. 5. & refert de priuil. Regul. tom. 1. fol.

fol.165. not. 7. Si autem non vt apostatas,& fugitiuos, sed vt consanguineos, amicos, & familiares eos recipiant, non sunt excommunicati, etiam si moniti,eos non eijciant, Peirinus loco cit. fol. 88. num.49.

2 Apostatas,non se sinentes pacificè duci, possunt pugnis, & calcibus vrgeri, atque etiam vulnerari.Pluribus probat Peirinus cit.fol.74.§. 38. num.95. Possunt capi,ligari, incarcerari,Const. 2, Iulii II. §. 15.incip.Virtutem, Ad eos capiendos (si aliter fieri nequeat) brachii sæculares auxilium inuocari potest, quod Iudices sęculares de iure communi præstare tenentur. Peirinus ibi num 97.

3 Appellans, ordinem seruare debet, appellando nempè à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem,à Protectore ad Sac. Congreg.à Sac. Congreg. ad Summum Ponti-

ficem,

ficem, quo ordine temerè non seruato, appellans non audiatur; imò omni suffragiorum iure priuetur triennio, & bimestri carceri mancipetur, Prac. crim. Melph. tit. de appellat. An vero appellare liceat ad Summum Pontificem sine aliis appellationibus intermediis, affirmat Peirinus de priuil. Regul. tom. 3. fol. 427. num 14. Lucerna Regular. de appellat. num. 1. dummodo hæc appellatio non sit suffugium, sed refugium; non temerè, leuiuè ex causa, iuxtà Decr. S. Cong. 1587. nec sit à legitima correctione, quam facit Prælatus subdito, vt disciplina, vel alia consimili pœnitentia, ob leues, & manifestas culpas iniuncta, Lucerna Regul. ibi n. 10. Peirin. tom. 1. Relig. quæst. 1. cap. 20. concl. 2. & loco supra cit. num. 6. Constit. Salmant. cap. 10. Neapolit. cap. 37 Rom. 1642. cap. 10. §. 1. num. 9.

4 Appellare ad tribunalia

sæcularia, vel alios ad ea trahere nequeunt Regulares, sub pœna excommunicationis ipso facto, Pontifici reseruatæ; & priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, ex Constit. Greg. XIII. incip. Ex pastoralis. §. 3. 27. Martij 1576. Qua pœna ligantur etiam, appellando ad Tribunalia Ecclesiastica, quibus non subduntur, per Constit. Bonifacii IX & Leonis X. Peirinus tom. 1. Relig. quæst. 1. cap. 20. conclus. 3. de priuil. Regul. fol. 279. §. 20. & 21. num. 19. Eosque sic appellantes punire posse Superiores, decernit Pius Quintus in Constit. incip. Et si Mendicantium.

5 Arbores si nimis inter se densæ sint, ita, quòd suam mutuò accretionem impediant, illarum nonnullæ sine culpa incidi possunt. Similiter arbores fructiferæ veteres, si earum loco aliæ eiusdem, vel similis speciei plantantur. Pariter vna, vel duæ arbores fructiferæ, si

respectu loci, iudicio Monasterii sint in parua quantitate, & paruæ æstimationis; quia ibi sunt Multæ eiusdem speciei, & maioris æstimationis. Non tamen incidi possunt arbores fructiferæ, vel infructiferæ in magna quantitate. Peirin. loco nuper cit. à num. 17. fol. 126. B

De Baldachino, Bannitis, Benedictionibus, Bonis incertis, & Bullis Cœnę, & Cruciatę.

1 Licèt Episcopi locorum Ordinarii Pontificalia in Ecclesiis Regularium exercentes, vel dum Pontificalia exercentur, assistentes, Baldachinum in eisdem Ecclesiis erigere possint, & si super talem erectionem impediantur, possint per censuras contra Regulares procedere, sacra Rituum Congreg. 10. Iulii 1621. à Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 315. p. 2.

p.2. Campanil. in diuerſ. iur. Can rub.9.cap.5.num 3. Nequit tamen erigi à Vicariis Epiſcoporum, illis abſentibus, inuitis Regularibus, eadẽ ſacra Cõgr. 10. Iulii. Lucer. Regul. ℣. Baldachinum num.7.

2 Bannitos recipere, ſeu receptare, & retinere in Conuentibus pœnam priuationis officiorum importat. Clem. VIII. die 17. Aprilis 1601. apud Nonarium fratr. in Summ. Bullarii tit. de Bannitorum fautoribus. Si autem ſubditis ſint, qui recipiunt, triennio voti priuationem incurrunt, Conſtit. Rom. Reform. 1643. cap. 3. num. 22. Quod etiam intellige de recipientibus Decoctores, ſeu fallitos. limita, ſi non ſit Bannitus ex cauſa homicidii non doloſè patrati; quia Conſtitutionum Pontificium pœnæ tantum aduerſus receptatores facinoroſorum impoſitæ ſunt. Nonarius loco cit. Lezana in ſum. quæſt. Regul. cap.9.

cap.9. num.21.in fin.limita 2. pœnas non procedere contra eos, qui quoad victum adiuuant in extrema necessitate, Sayr. decis.57.58. & 59. de sent. excom. Nec contra eos receptantes, qui nesciunt, receptos esse Bannitos; & qui eos directè non iuuant, quoad delicta, quæ exercent. Thomingius decis.29. lib.1. Sayr. eodem tit. decis.53.& Ricc. in Collectan. decis.2726.par.7.limita 3.quando Bannitus appellauit à Banno: durante enim appellatione, non dicitur Bannitus, Viu. in decis. 334 limita 4 vbi Banniti receptati essent coniuncti, seu affines receptantibus (vt de Apostatas receptantibus dicebamus) Gramm. decis. 28. quia prohibitio receptationis non comprehendit coniunctos. Iastred.decis.15.& Ricc. par.3. collectan.decis. 544. limita 5. quando essent Syndici, seu Procuratores, Monastariorum, seu Procuratorum filij; maximis

enim


enim gaudent Priuilegiis, vt in tit.de familiaribus, & tit. de Syndicis.

3 Benedicere ornamenta Ecclesiæ, præter Calices,& Patenas,posſunt Generales, Prouinciales, & Superiores locales, Iulius II. apud Peirin.Conſt.I. incip. Dum ad ſacram. §. 19. Inſuper Eccleſias, Cœmeteria, Capitola, & Oratoria ſolemni benedictione benedicere; ac etiam illas, ſeu illa, & earum quamlibet ſanguinis, ſiue ſeminiseffuſione, ſiue aliàs quomodocunque pollutas, ſiue Polluta, quoties opus foret; aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem (vt moriseſt) benedicta, reconciliare.ibid.§.22.& Peirin. fol. 55. & 56. Intellige autem de ornamentis, ſeu paramentis nedum prò ſuarum Eccleſiarum, ſed etiam prò aliarum Eccleſiarum vſu.Peirin.ibi fol.67.§. 19.num. 44.

4 Bona incerta, vel per vſuram,

ram, vel alio illecito modo acquisita, seu inueuta ab illis, qui ad Ordinem veniunt, possunt Prælati Regulares in pios vsus conuertere, si talium bonorum domini, vel nesciantur, vel inueniri nequeant. Iulius II. Constit. 2. incip. Virtute. §. 20. Perinus fol. 78.

5 Bulla Cruciatæ sanctæ non prodest Regularibus, quoad Sacramentum pœnitentiæ, & eligendum Confessarium, Vrbanus VIII. Constitut. 105. incip. In specula apud Cherub. tom. 4. Bullar. §. 3. sub die 19. Iunij 1630. quod etiam dixerant Pius Quintus Const 132. incip. Romani Pontificis tom. 2. Cherub. & tom. 3 Clem. VIII. Const. 64. eodem modo incip. §. 2.



De Cadaueribus defunctorum ad Ecclesias Regulariũ deferendis.

1 PRO associandis cadaueribus defunctorum ad Ecclesias Regularium, liberũ est hæredibus inuitare quot Religiosos voluerit, Sac. Rit. Congregat. 12 Nouemb. 1637. Item 14. Ianuarij 1640. Similiter, & quot Sacerdotes sæculares sibi benè visum fuerit, eadem sac. Congr. die 12. Ianuarij 1641. quod & aliàs consueras; & propterea die 7. Octobris 1637 pro obseruantia huius Decreti ad instantiam Fratrum Conuentus Lequilarum Prou. S. Nicolai per actus Martij Nuccolæ Sac. Cameræ Auditoris Notarij obtentum fuit monitorium contra quoscunq; &c.

2 Pro cadaueribus deferendis ad Ecclesias Regularium nequeunt Parochi, vel Vicarii, aut alii Curati maiorem præ-

ten.

tendere eleemosynas, quàm. si in eorum Ecclesiis sepelienda forent, Pius V. Constitut. 41. apud Cherub. incip. Et si Mendicantium, sac. Rit. Congr. 21 Nouembris 1637. sac. Congr. Episc. & Regul. 7. Decembris 1640. & in vna Gonuersanen. 30. Nouemb. 1640. Vide Peirinum tom. 3. priuileg. Regular. fol. 424 n. 7.

3 Illius Ecclesiæ duntaxat, ad quam Cadauera deferuntur, & non aliorum Crux leuanda, & erigenda est, sac. Rit. Congreg. 21. Nouembr. 1637. Et ideò Capitulum Collegiatæ, non vocatum ab hæredibus abstinere debet ab associando cadauera. Quod si Canonici spontè funus associare velint, non in habitu canonicali, & collegialiter, sed in eorum habitu ordinario, vti singuli, post feretrum sequi debere, mandauit sac. Congr. 11. Nouembris 1641.

4 Super cadaueribus in Ec-

clesijs Regularium officium facere, spectare ad Regulares, non ad Parochos, non obstante quacunque alia consuetudine, statuunt Pius V. cit. Constit. Et si. num. 25. apud Cherub. S. Congr. in vna Bergomen. 2. Iulij 1591. eadem apud Peregr. 2. par. sui compend. tit. Sepultura in Scholio 9. 3. & Peirin. tom. 1. de priuil. Regul. fol. 89. §. 21. num. 57. sac. Rit. Congr. 21. Nouembr. 1637. & 11. Nouembr. 1641. Item in vna Aquen. 22. Octobris 1638. & in alia Satian. 27. Nouembr. eiusdem anni, & aliàs pluries apud Lucern. Regul. ℣. Officium n. 11.

5 Huiusmodi cadauera recto tramite deferri debent ad Ecclesias Regularium, & non priùs ad Ecclesiam Parochialem, non obstante quacunque alia consuetudine, Pius V. Cõstit. 2. incip. Romanus Pontifex apud Bullar. Rodriq. sac. Rit. Congr. in vna Vmbriaticen. 25. Februarij 1606. & in altera

Po-

Folignanen 21. Maii 1638. sac. Congr. Card. 14. Ianuarii 1639. ad Regulares autem an per Ciuitatem, an recta via ad eorum Ecclesiam deferenda sint, resoluere spectat. S. Congregat. Episcop. & Regul. in vna Bituntin. 22. Aprilis 1586. Debent tamen Regulares ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum, ex qua Cadauer est asportandum. Casu autem, quo cadauer in aliqua Ecclesia reponi contingat, ad eandem Ecclesiam, vbi repositum erit, conuenire debere, censuit sac. Congr. Episc. & Regul. in vna Senogallien. 26. Augusti 1616. Similiter Regulares monere, ac expectare debent Parochum, quo requisito, & expressè venire recusante, licet eisdem Regularibus etiam ipso inuito, cadauera ad propriam Ecclesiam transferre, 11. Decembris 1615.

6 Cadauera in minori ætate

decedentium, qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habent, in Maiorum suorum sepultura humari debere, voluit sac. Congr. Card. 21. Octobris. 1616. Si autem Maiores propriam non habeant sepulturam, pater poterit eligere sepulturam filiis quatuordecim annorum minoribus, dummodo dicta electio non post eorum mortem, sed illius adhuc viuentibus fiat, eadem S. Congreg. in vna Fulginien. 27. Octobris 158/. nec à locorum Parochis impediri posse, aut debere, eadem S. Congr. Episc. & Regul. 20. Ianuarij 1640. quæ in hoc Decreto liberam concedit facultatem parentibus eligendi sepulturam filijs, nulla facta restrictione, vt fiat, illis viuentibus.

7 Quod si istorum, vel eorum, qui in testamento, vel coram testibus, dum viuerent, sibi in Ecclesia Regularium sepulturam elegerunt, cadauera,

con-

contra eorum voluntatem, in alia Ecclesia sepeliri contigerit, exhumanda, & restituenda sunt illis Ecclesijs, in quibus, vel per electionem, vel alio modo sepulturæ ius reperitur, sac. Congr. Episc. & Regul. 21. Octobris 1616. item in vna Bobien. 7. Augusti 1630. in alia Sulmon. 19. Nouembris eiusdẽ anni; in pluribus Narnien. 3. Augusti, & 31. Octobris 1640. in alia S. Miniat. 25. Ianuarii 1641. & alias sæpiùs.

8 Cadauera defunctorum super terram sepeliri nequeũt. Quòd si aliqua sepulta sint, omnino amoueri, & in tumbis profundis infra terram collocari debent, Pius V. Const. 5. incip. Cùm primũ Apostolatus. §. 6. tom. 2. Bull. Cherub. Peirin tom. 2. t. priuil. fol. 105. n. 1.

9 Cadauera defunctorum subtus Altaria, vel eorum Bradellas sepeliri nequeunt; & si sepulta sunt, inde tollantur; eaque loca sic adaptari debent,

vt ibi sepeliri nequeant, sac. Congr. Regul. in duabus Interamn. die 6. Septembr. 1593. & die 8. Februarii 1594. Nald. v. Sepultura. Scort. in select. Bull. theor. 219.

10 Celebrandum non est super altaria, subtus quæ sunt cadauera, siue Laicorum sint, siue Prælatorum, eadem sacra Congr. in vna Messan. 2. Maij 1601. & interdicenda sunt Altaria illa, subtus quæ, vel quorum in medio talia cadauera reperiuntur, vsque quo inde tollantur, eadem sac. Congr. in vna Tranen. 10. Decembris 1599. Defunctorum cadauera in eadem Ecclesia exhumari, & transferri possunt de vno in alium locum, sinè Episcopi licentia, Diana p. 3. tract. 2. resol. 120. de dub. Regul.

De Capitulis.

SEquens Decretum S. R. & Vniuersalis Inquisitionis habi-

bitum fer. 5. die 14. Aprilis 1633. legendum in publica mensa semel saltem in anno fer. 6. post Octau. Assumpt B. Virg. vel intra totum Augusti mensem [vt patet infrà tit. de Decretis, n. 13] in quocunque Generali, vel Prouinciali quoque Capitulo, Conuentu, dicta, &c. legi debet.

DECRETVM.

SAnctissimus Dominus noster sedulò incumbens, vt ea, quæ salubriter Apostolicis Decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim, quę ad Sanctum Officium inquisitionis contra hæreticam prauitatem pertinent, inuiolabiliter obseruentur, & omnimodam sortiantur executionem, districtè mandat, & præcipit, Vt omnes Superiores cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimenda Regularis, aut cuiusuis alterius

Instituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, teneantur sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, alijsque arbitrio Sanctitatis Suę infligendis, in perpetuum semel saltem in anno, idest, feria sexta post octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in publica mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter conuocato, Et insuper in quocumque Generali, ac Prouinciali Capitulo, Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato Capitulari Congressu, suos subditos, ac Religiosos, commonere de iniuncta omnibus obseruantia, & executione earundem Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum ad Sanctum Officium Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem pertinentium, ac præsertim.

Iulij III. Constit. II. incip. Licit à diuersis. Contra impedientes Inquisitores hæreticæ

pra-

prauitatis in eorum Officio, aut in Causis Inquisitionis se ingerentes, eorumque complices, & fautores: Et contra ipsos Inquisitores admittentes Laicos ad criminis hæresis cognitionem. Et Pii V. Const. 82. incipit. Si de protegendis. contra occidentes, verberantes, deiicientes, aut perterrefacientes quemuis ex Ministris Sanctissimi Officii Inquisitionis, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, vel Prouincia, obeuntium, seu accusatorem, Denunciatorem, aut Testem, in causa fidei quomodocumq; productum, vel euocatum: nec non contra diripientes, expugnantes, inuadentes, incendentes, expilantes, aliouè exportantes alicuius prædictorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta, siue publica, siue priuata, vbicumque posita, eorumque complices, &

fautores: & contra effringentes Carcerem, vel custodiam publicam, vel priuatam, extrahentes, vel emittentes Vinctū, prohibentes capiendum, captumuè eripientes, recipientes, occulentes, seu facilitatem effugiendi dantes, seu id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non secuto: nullatenus excusandos, nisi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes; & contra intercedentes pro præfatis dellinquentibus: inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iuliæ Maiestatis, eorumque filius, irrogantur: & oblata reuelantibus impunitate.

Pij IV. Constit. 31. incipit. Cùm sicut nuper. Contra Sacerdotes, qui pœnitentes Mulieres in actu Sacramentalis Confessionis ad inhonestos actus prouocare, & allicere tentant, & solicitant. Et Gregor. XV.

Con

Constit. 34. incip. Vniuersi Dominici gregis. Ampliatiuæ circa huius criminis probationes, & extensiuæ contra Confessarios, qui personas (quę cumque illæ sint) ad inhonesta siuè inter se, siue cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, siue antè, siue post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis, vel extrà occasionem Confessionis in Confessionario, aut alio loco ad audiendam Confessionem electo, solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, Et contrà Confessarios, non monentes eos, quos sciunt ab aliis Confessariis solicitatos esse, vt Inquisitoribus, vel Ordinariis, sollicitantes denuncient, vel docentes eos, ad ita denunciandum, non teneri.

Gregorii XIII. Constit. 21. incip. officij nostri partes. De

in

iurisdictione Inquisitorum hæreticæ prauitatis in eos, qui ad Ordinem presbyteratus non promoti Missas celebrant, & sacramentaliter Confessiones audiunt. Clementis VIII. Constit. 81. incip. Et si alias. Declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Iudices laicos, præuia eorum degradatione. Et Sanctitatis suę Constit. 79. incip. Apostolatus officium. Extensiuæ ad minores 25. annis, dummodo vigesimum ętatis annum compleuerint.

Sixti V. Constit. 17. incip. Cæli, & Terræ Creator. Contra exercentes artem Astrologiæ Iudiciariæ, & alia quæcumque Diuinationem genera; librosdè harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suæ Constit. 113. incip. Inseruat abilia iudiciorum Dei. Extensiuæ ad alia; & cum grauioribus pœnis.

Clementis VIII. Const. 42. incip. Cùm sicut. Contra Italos,

ne

ne extrà Italiam proficiſcantur ad loca, in quibus liber; & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ Religionis non exiſtat; minuſque eis in locis habitent. Et Gregor. XV. Conſtit. 28. incip. Romani Pontificis. Contra hæreticos, ne in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium quouis prætextu commorentur; & contrà eorum fautores, & receptatores.

Pauli V. Conſtit. 26. incip. Romanus Pontifex. Reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcunque Ordinum, & Religioſorum, quoquo modo conceſſarum, cognoſcendi Cauſas ſuorum ſubditorum, ad Officium Sanctę Inquiſitionis quomodolibet pertinentes.

Eiuſdem Conſtit. 97. incip. Regis pacifici. Innouatoriæ Cōſtitutionum à Sixto IV. & Pio Quinto, de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis editarum. Impoſitionis maiorum pœnarum in tranſgreſſores, à locorum

Ordinariis, & hęreticæ praui-tatis Inpuisitoribus puniendos. Et Gregorio XV. Const. 29. incip Sanctissimus Dominus Noster auditis. Ampliatiuæ, & declaratoriæ prohibitionis afferendi, Beatam Mariam Virginem conceptam esse in peccato originali.

Gregor. XV. Constit. 27. incip. Romanus Pontifex specula. Reuocatoriæ quarumcunque concessionum viuæ vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suæ Constitut. extensiuæ ad quoscumque quantumuis priuilegiatos, & exemptos. incip. Alias fel. rec. Gregorius Papa XV. sub Dat. Romę 20. Decembris 1638.

Eiusdem Const. 40. incipit. Apostolatus officium. Et Sanctitatis Suæ Constit. 114. incip. eo modo. Reuocatoriæ licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Suæ Constit. 37. in-

incip. Sanctissimus Dominus Noster solicitè animaduertens. De Imaginibus nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificatorum cum Radiis, Splendoribus, aut Laureolis, non proponendis: Tabellis, aut luminaribus ad eorum Sepulchra non apponendis: eorumuè gestis, miraculis, reuelationibus, Beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis.

Pariter Sanctitatis Suæ Constit. 50. incip. Sanctissimus Dominus noster pro debito sui Pastoralis officii. De libris vbicumque compositis, de quacumque materia tractantibus, ab his, qui degunt in Statu Ecclesiastico, non transmittendis aliòs, vt imprimantur, sine Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Vrbe, vel extra eam sine Ordinarii; & Inquisitoris, aut ab eis deputatorum, licentia.

Et eiusdem Sanctitatis Suæ Constit. sub Dat. Romæ die 5. No

Nouembris 1631. incipit, Cùm sicut accepimus. Quod Constitutiones Apostolicę in concernentibus fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium hactenus editæ, & in posterum etiam super quacumque alia re edendę, omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos comprehendant; nisi in edendis illis specialiter excipiantur.

Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, vt huius Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conseruentur, ita, vt ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commodè queant; Dequè huiusmodi commonitione publico documento statim certiorem facere Congregationem Sanctissimę Inquisitionis in Vrbe. Et ita mandat, & præcipit Sanctitas sua.

Io. Antonius Thomasius S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Item

Item in quolibet Generali, vel Prouinciali Capitulo legendū est sequens Decretū Sixti V. Contra exercentes artem Astrologiæ iudiciariæ, & alia quæcunque diuinationum genera, librosquè legentes, vel tenentes, prout apparet in tit. de Decretis, num. 3.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

COeli, & Terre Creator Deus, quem vnum Omnipotentem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem; & si hominem, quem ad imaginem, & similitudinem suam creauit, mentem dederit, quæ non solum diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno

ono licèt cum labore, præcla-
ra multa inuestigaret, atque
intelligeret, tamen vt super-
bum animal homo non altum
saperet, sed timeret, & immen-
sam Conditoris sui maiestatem
humi stratus veneraretur, sibi
soli eorum, quæ euentura sunt,
scientiam, & futurarum rerum
cognitionem reseruauit. Solus
enim ipse, cuius oculis omnia
nuda, & aperta sunt, & ad in-
timas hominum cogitationes
penetrat, & consequentes eo-
rum actiones intuetur, solus
ipse, qui vocat ea, quæ non
sunt, tanquam ea, quæ sunt;
omnia præsentia, & antè ocu-
los posita habet, solus denique
omnia, & singula quæcunque
totius temporis decursu, & sæ-
culorum ætatibus futura sunt,
ab omni æternitate nouit, &
admirabili prouidentia dispo-
suit, quæ non modo humanæ
mentis imbecillitas ignorat,
sed nec dæmones ipsi præsen-
tire possunt. Quarè idolorum
in

in futuris annunciandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum, qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus sanctus apud Isaiam illis verbis. [Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos]; & in nouo Testamento Christus Dominus Discipulorum suorum de futuris euentis paulò cupidiùs inquirentium, interrogationem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coërcuit. [Non est vestrum scire tēpora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.] Nec verò ad futuros euentus, & fortuitos casus prænoscendos (futuris euentibus ex naturalibus caussis necessariò, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, duntaxat exceptis) vllæ sunt verè artes, aut disciplinæ, sed fallaces; & vanæ improborum hominum astutia, & dæmonum

frau-

fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat, siue quòd expresſè ad futura manifeſtanda inuocentur, siuequòd ipſi prauitate ſua, & odio in genus humanum, occultè, etiam præter hominis intentionem ſe ingerant, & intrudant vanis inquiſitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omnis impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipſis cognita ſunt, non diuinitate aliqua, nec vera futurarum rerũ ſcientia, ſed naturæ ſubtilioris acumine, & alijs quibuſdam modis, quos hominum obtuſior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est, in huiuſmodi futurorum contingentium, & fortuitorum euentuum inquiſitione, & præcognitione, diaboli operationem ſe fallaciter immiſcere, vt

ſua

ſua fraude ac dolis, miſeros homines à via ſalutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cùm ita ſint, nonnulli hæc fideliter, & religioſè, vt debent, non attendentes, ſed curioſa ſectantes, grauiter Deum offendunt, errantes ipſi, & alios in errorem mittentes, tales ſunt in primis Aſtrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarij vocati, qui vanam, falſamquè ſyderum, & aſtrorum ſcientiam profitentes, diuinæque diſpoſitionis ordinationem, ſuo tempore reuelandam præuenire audaciſſimè ſatagentes, hominum natiuitates, ſeu genituras, ex motu ſyderum, & aſtrorum curſu metiuntur, ac iudicant futura, ſiue etiam præſentia, & præterita occulta; atque ex puerorum ortu, & natali die, ſiue quauis alia temporum, & momentorum, vaniſſima obſeruatione, & notatione, de vniuſcuiuſque hominis

nis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, diuitiis, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitiis, carceribus, cædibus variis discriminibus, aliisquè prosperis, & aduersis casibus, & euentibus præcognoscere, iudicare, & affirmare temerè præsumunt, non sine magno periculo erroris, & infidelitatis, cum Sanctus Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem & Baptismum præuaricasse affirmet, vt illos meritò Apostolus arguat atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi, & temerarii homines in miserandam Animarum suarum ruinam, graue fidelium scandalum, & Christianæ fidei detrimentum, futures rerum euentus,

rus, & quæcumque proſperè, vel aduersè obuentura ſunt, ac actus humanos, ea denique, quæ ex libera hominum vo luntate proficiſcuntur, aſtris ſyderibuſque aſcribunt, eiſque eam facultatem, vim, ſeu vir tutem, & efficaciam tribuunt, ſignificandi futura; & ad præ cognita ita inclinandi, vt ſic omnino, nec aliter euentura ſint, atque ob eam cauſam de ijs rebus omnibus iudicia facere, prognoſtica, prædictio nes, & præcognitiones ſibi aſſumere, & palàm venditare non dubitant. quibus pauci rudes, & imperiti, aliiſquè nimis cre duli, & imprudentes tantam fidem præſtant, vt ex huiſmo di *iudiciorum*, & *prędictionum præſcripto*, aliquid certò eſse credant, aut ſperent: quorum ſanè, & mendacium magiſtrorum temeritas, & infælicium diſcipulorum credulitas ma gno pere deploranda. eſt, qui vel diuinis litteris admoniti, non

intelligunt hominis præstantiam, Cui Cœli, & Stellę, & clarissima Cœli sydera, Sol, & Luna, Deo ita disponente, non imperant, sed inseruiunt; sic enim Moyses populum Dei, vt hunc errorem caueret, præmonebat. Ne fortè eleuatis oculis ad Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cæli, & errore deceptus, adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cælo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini seruire? nonnè nobilissimæ intelligentiæ, Angeli ipsi, omnes sūt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Nam rationales ouesita diligit Deus, vt non solùm Episcopos, quemadmodum à Sancto Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Præclarè etiam S. Hieronymus: magna dignitas

tas Animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quòd si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quę cum ipsis Angelis nullo modo sint comparanda? Nec sanè hoc loco prætereunda est eximij Ecclesiæ Doctoris, & Beatissimi Pontificis Magni Gregorij sententia, qui Priscillianistas hæreticos vnumquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, magno rerum, & verborum pondere confutat. Absit, inquit, à fidelium cordibus, vt aliquid esse Fatum dicant; vitam quippè hominum solus hanc conditor, qui creauit administrat, neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt, & si stella Fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Vtinam

nam insani homines hæc sa
perent, & intelligerent, ac Dei
monitis obtemperarent in Le
uitico dicentis: Non decline
tis ad magos, nec ab Ariolis
aliquid sciscitemini, vt pollua
mini per eos. Neque enim,
quæ Christiana, & vera pietas
repellit, ac damnat, tanto stu
dio inuestigarent, iisdemque
miserè se decipi, atque irretiri
paterentur. Sunt etiam inanes
quidam homines, & curiosi,
vel impii, & irreligiosi, qui fu
turarum, & occultarum aliarum
rerum notitiam adeò anxiè ha-
bere student, vt ob eadem præ
noscenda, & inuestiganda in
diuinæ legis offensionem mul
tipliciter incurrant. Alii enim
Geomantiæ, Hydromantiæ, A-
coromantiæ, Pyromantiæ, Ono
mantiæ, Chiromantiæ, Necro
mantiæ, aliisquè sortilegiis, &
superstitionibus, non sine Dæ
monum saltem occulta socie
tate, aut tacita pactione, ope
ram dare, seu illis, ac sortibus
illi

illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vti non verentur. Alij verò aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratæ Idolatriæ reliquias retinentes, quibusdam augurijs, auspicijs, similibusuè signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt. Alij autem sunt, qui cum Morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum Inferno, qui similiter ad occultorum diuinationem, ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetrãda, etiam expressa cum Diabolo pactione facta, in manifestandam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumenta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos characteres describunt, Dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis præces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumigationis, alia-

uè sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentis;, aut Sacramentalibus sacrilegè abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obsequia præstant, cultum veneratione muè tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut paruas phyalas sibi fabricant, aut fabricari curant ad Dæmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij preterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dæmones, de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt meritò ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendacesquè referant responsiones. Aij verò præstigiatores, frequentiùs verò mulierculæ quædam superstitionibus deditæ, in phyalis, seu vascolis vitreis aqua lenis, vel in speculo accensis

candelis, etiam benedictis, sub nomine Angeli Sancti, & Albi, Diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum Architectum orant, vt similiter futura, vel occulta, quæ vis spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendant, aut ab eodem Patri mendacij Diabolo alijs incantationibus, aut variis superstitiosis, obseruationibus; futurorum, & occultorum huiusmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium, quos suprà enumerauimus consimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quod Dæmonis præstigijs ac dolis, tum qui diuinant, tum qui diuinationem expetunt illusi, ac delusi miserrimè reperiuntur. Itaque cùm futuros euentus in se ipsis considera-

re, antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessario consequitur, vt Astrologi, & alij prædicti, qui huiusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quocunque modo, nisi Deo reuelante, audeant, iniustè atque imprudenter, quod Dei est, sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod solius est Creatoris, perperam creaturis tribuitur, diuina Maiestas grauiter lædatur, fidei Integritas violetur, & animabus pretioso Christi Sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur.

§. 2. Et licèt iampridem regulis Indicis librorum prohibitorum ex Decreto sacri Generalis Trident. Concilij confecti, illud inter cætera constitutum fuerit, vt Episcopi diligenter prouiderent, ne huiusmodi Astrologiæ iudiciariæ libri tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, suc-

cessibus, fortuitisuè casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudiciis, & naturalibus obseruationibus, quę nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta fuissent. Libros verò omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiici, & aboleri curarent. Non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, & abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curiosiùs vigeant, cum valdè frequenter, detectis diaboli insidiis, diuinationum, sortilegiorum, & variarum superstitionum omnia plena esse in dies detegantur.

9. 3. Nos, igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarũ saluti prospicere, quantùm, diuina gratia adiutrice, possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quæ, diabolo auctore, ad fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent, Cupientes prętereà, sanctam illam Christianę Religionis simplicitatem, præsertim vbi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia, ab omni erroris labe, integram, atque incorruptam, vt par est, retineri. Volentesquoque prædictæ falsę credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum, detestabili studio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Christiano populo meritò dici possit,

quod

quod de antiquo Dei populo scriptum est. Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Hac perpetuò valitura Constitutione, Apost. auctoritate statuimus, & mandamus, vt tàm contrà Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictę iudiciariæ Astrologiæ artem, præterquàm circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisquè casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quam contrà alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quiuè huiusmodi illicitas di-

uinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, vt præfertur, faciunt; aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tàm Episcopi, & Prælati, Superiores, ac alij Ordinarii locorum, quàm Inquisitores hereticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seueriùs Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant.

§. 4. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantię, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantię, Artis Magicę, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles in-

incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt suprà in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis, in eo contentis, à quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadē auctoritate statuimus, & mandamus, vt contrà scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores liberè, & licitè procedant; ac procedere, pœnisque condignis punire, & coercere possint.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrariis quibuscunque.

§. 6. Vt autem præsentes nostrę litteræ ad communem omnium notitiam faciliùs deducantur

ducantur, iubemus illas in valuis Basilicarum S. Ioannes Lateranen. & Principis Apostolorum de' Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appendi, eisque detractis, ipsarum exempla etiam impressa, eisdem in locis affixa relinqui.

§. 7. Et insuper vniuersis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum Ordinariis, & Prælatis, necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios easdem presentes literas, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis Parochialibus Ecclesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerint, deindè verò semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone pu-

publicent, aut publicari faciant.

§. 8. Quia vero difficilè foret præsentes litteras ad singula quæque loca, inquibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, vt earum transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac paruo sigillo sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extrà vbique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno I.

De eligendo Ministro.

Post superioris exortationem, & Vocalium flexis genibus deuotè dicentium Confessionem sequitur absolutio.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam ęternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus.

Dominus noster Iesus Christus vos absoluat, & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sanctæ Sedis Apostolicæ mihi in hac parte commissa, & vobis concessa, absoluo vos ab omni vinculo excommunicationis, si quam incurristis, & restituo vos vnioni, & participationi Fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesię, dispensando

do vobiscum in omni senten-
tia irregularitatis; suspensio-
nis, & interdictis si qua innno-
dati estis. & ad effectum ele-
ctionis Canonicè, & ritè nunc
per vos celebrandæ quatenus
opus sit, & indigetis vos habi-
lito. In nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus sancti. Amen.

Immediatè adhuc flexis genibus sequitur in Cantu.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum Visita,
Imple superna gratia,
Quæ, tu creasti, pectora.
Qui diceris Paraclitus
Altissimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, Charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternę Dexteræ
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura,
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:

In-

uè ſacrificia offerūnt, candelas accendunt, aut rebus ſacris, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus ſacrilegè abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obſequia præſtant, cultum venerationemuè tribuunt, aut annulum, vel ſpeculum, aut paruas phyalas ſibi fabricant, aut fabricari curant ad Dæmones in eis alligandos, ſeu includendos, vt putant, ad reſponſa ab ipſis inde petenda, aut habenda. Alij preterea etiam in corporibus obſeſſis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dæmones, de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt meritò ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendaceſquè referant reſponſiones. Alij verò præſtigiatores, frequentiùs verò mulierculæ quædam ſuperſtitionibus deditæ, in phyalis, ſeu vaſculis vitreis aqua lenis, vel in ſpeculo accenſis

ca-

candelis, etiam benedictis, sub nomine Angeli Sancti, & Albi, Diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum Architectum orant, vt similiter futura, vel occulta, quæ vis spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendant, aut ab eodem Patri mendacij Diabolo alijs incantationibus, aut variis superstitiosis, obseruationibus; futurorum, & occultorum huiusmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium, quos suprà enumerauimus consimilis impietas, parem exitum habet, nimirum, quod Dæmonis præstigijs ac dolis, tum qui diuinant, tum qui diuinationem expetunt illusi, ac delusi miserrimè reperiuntur. Itaque cùm futuros euentus in se ipsis considera-

re, antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessario consequitur, vt Astrologi, & alij prædicti, qui huiusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quocunque modo, nisi Deo reuelante, audeant, iniustè atque imprudenter, quod Dei est, sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod solius est Creatoris, perperam creaturis tribuitur, diuina Maiestas grauiter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioso Christi Sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur.

§. 2. Et licèt iampridem regulis Indicis librorum prohibitorum ex Decreto sacri Generalis Trident. Concilij confecti, illud inter cætera constitutum fuerit, vt Episcopi diligenter prouiderent, ne huiusmodi Astrologiæ iudiciariæ libri tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successer.

cessibus, fortuitisuè casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudiciis, & naturalibus obseruationibus, quę nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta fuissent. Libros verò omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiici, & aboleri curarent. Non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, & abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curiosiùs vigeant, cum valdè frequenter, detectis diaboli insidiis, diuinationum, sortilegiorum, & variarum superstitionum omnia plena esse in dies detegantur.

§. 3. Nos, igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarũ saluti prospicere, quantùm, diuina gratia adiutrice, possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quæ, diabolo auctore, ad fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent, Cupientes prętereà, sanctam illam Christianę Religionis simplicitatem, præsertim vbi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia, ab omni erroris labe, integram, atque incorruptam, vt par est, retineri. Volentesquoque prædictæ fallę credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum, detestabili studio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Christiano populo meritò dici possit, quod

quod de antiquo Dei populo scriptum est. Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Hac perpetuò valitura Constitutione, Apost. auctoritate statuimus, & mandamus, vt tàm contrà Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictę iudiciariæ Astrologiæ artem, præterquàm circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisquè casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quàm contrà alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quiuè huiusmodi illicitas di-

uinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, vt præfertur, faciunt; aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tàm Episcopi, & Prælati, Superiores, ac alij Ordinarii locorum, quàm Inquisitores hereticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seueriùs Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant.

§. 4. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantię, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantię, Artis Magicę, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles in-

incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt suprà in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis, in eo contentis, à quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadē auctoritate statuimus, & mandamus, vt contrà scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, pœnisque condignis punire, & coercere possint.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrariis quibuscunque.

§. 6. Vt autem præsentes nostrę litteræ ad communem omnium notitiam faciliùs de-

du

ducantur, iubemus illas in valuis Basilicarum S. Ioannes Lateranen. & Principis Apostolorum de' Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appendi, eisque detractis, ipsarum exempla etiam impressa, eisdem in locis affixa relinqui.

§. 7. Et insuper vniuersis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum Ordinariis. & Prælatis, necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios easdem presentes literas, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis Parochialibus Ecclesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerint, deindè verò semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone

pu-

publicent, aut publicari faciant.

§. 8. Quia vero difficilè foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, vt earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac paruo sigillo sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extrà vbique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno I.

De

do vobiſcum in omni ſententia irregularitatis; ſuſpenſionis, & interdictis ſi qua innodati eſtis. & ad effectum electionis Canonicè, & ritè nunc per vos celebrandæ quatenus opus ſit, & indigetis vos habilito. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Immediatè adhuc flexis genibus ſequitur in Cantu.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum Viſita,
Imple ſuperna gratia,
Quæ, tu creaſti, pectora.
Qui diceris Paraclitus
Altiſſimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, Charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternę Dexteræ
Tu ritè promiſſum Patris,
Sermone ditans guttura,
Accende lumen ſenſibus:
Infunde amorem cordibus:

In-

Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemquè dones protinus;
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque vtriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à Mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Emitte spirituum tuum, & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem Terræ.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genetrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Domine, qui corda nostra omnium, cui omnis vo-

luntas loquitur, & quem nullum latet secretum, ostende nobis, quem elegeris accipere locum ministerii huius, in quo pio nos studio semper tibi placitus familiam tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodẽ Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena despicere, &

Cæ-

Cęlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum, &c.

Declaratio Electionis.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

HÆc est electio N. in hoc loco N.N. Die N. Mensis N. Anno Domini N. N. Per Patres vocales N. N legitimè congregatos, canonicè, ac ritè celebrata. In qua quidem electione Pater Frater N. habuit vota N.

Et ab iis sẽper incipiat, qui pauciora vota habuerint, & cùm enunciare voluerit nomen illius, qui canonicè fuerit electus, pronunciato suffragiorũ numero eorum, qui suffragati sunt, iterum dicat.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Ego

EGo Frater N. eiusdem Ordinis Professor, vnus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi limitari in me, & in socios meos facti nomine meo, & nomine omnium vestrum, qui mecum in dictam electionem consensistis, nomino, & eligo in N. N. Patrem Fratrem N. N. in quem maior pars eligentium canonicè, ac ritè consensit, & sic electum denuncio.

Post publicationem cantatur Hymnus.

Te Deum laudamus. &c.

Procedendo processionaliter ad Ecclesiam, vbi Minister Generalis dicet.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A

℞. A Templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.

℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.

℞. Dei Genetrix intercede pro nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

ACtiones, & electiones nostras, quæsumus Domine, aspirando preueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Con-

CONcede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium, vt qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus intercessionis eius auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

De clausura Monialium.

1 CLausuram Monasteriorum Monialium ingredi nequeunt Episcopi, aut Superiores, etiam prætextu interueniendi electioni Abbatissæ, vel Priorissæ, aut examinandi Monialium particulares, sub censuris à sacris Canonibus cap. periculoso. de statu Regularium in 6. & Constitutionibus Pontificijs, presertim Gregor. XIII. Constit. 8. §. 1. incip. Deo sacris. apud Cherub. to. 2. fol. 263. & alia 28. incip. Vbi gratiæ, ibid. fol. 393. Cùm hęc ad Monasteriorum crates peragi

ragi valeant, sacra Congregat. Concil. in Syracusana 16. Octobris 1600. Barbosa ℣. Monialium Clausura circa ingressum. num. 2. Lucerna Regul ℣. Clausura, num. 6. limita secundum dicta in tit. de Abbatissis, nu. 5. Prò tempore verò electionis vide supra tit. de Abbatissis num. 5.

2 Monialium Clausuram ingredi non possunt pueri, vel puellæ cuiuscunque ætatis, sacra Congr. Episc. in vna Cremon. 12. Februarii 1585. Barbosa loco cit. n. 4. Spinat. tit. de Clausura Monial. quod etiã dixerat Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regularib. Hoc tamẽ limitandum esse iudico, ne procedat in infantibus, adhuc discretione carentibus. Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. q. 46. art. 1. Barbosa ad locum Concil. & alii ab eo citati; non autem fatui ingredi possunt, licèt rationis vsu, careant.

3 Monialium Clausuram nul-

nullus ingredi potest, ad conspergendum earum cellas, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore. Sacra Congreg. Concil. 13. Septembris 1583. Barbosa loco cit. num. 5. & Spinat. ibi Nald. V. Monialis. n. 16.

4 Monialium consensus sine quo mulieres sæculares licentijs Monasteria ingrediendi vti non possunt, expressè capitulariter, per secreta suffragia haberi debet, vt illis vti valeant aliàs sine consensu sic habito ingredientes in censuras incidunt Vrban. VIII. apud Cherub. tom. 4. Constit. 29. incip. Sacrosanctum 27. Octobris 1624. §. 2. & 3. Barb. loco cit. n. 9. & Spinat. ibi.

5 Non licet Episcopo, aut Superiori licentiam dare Matri, Sororibus, & Consanguineis Monasterium ingredi, causa visitandi filiam, vel Sorores, quæ aliqua graui infirmitate tenentur, etiam non sine mor-

tis periculo : multò minùs quando filiæ, aut aliæ professionem emittunt, vel Religionis habitum suscipiunt, Barb. ad loc. Concil. num. 5. post med.

6 Quarumcunque Processionum prætextu nequeunt Regulares in Monialium Ecclesias ingredi processionaliter, sacra Congr. Episc. & Regul. in vna Pisaurien. 24. Nouembris 1617. Cadauera eorum, qui cupiunt in Monialium Monasteriis sepulturæ tradi, respondit S.D.N. Gregorius poni debere in exteriori Ecclesia, non autem intra Clausuram, quam nullus ingredi potest, ad celebranda aniuersaria, etiam vt satisfaciant testantium voluntati, Barb. ibid. in princ. Vide Rodriq. tom. 1. q. 47. art. 4. §. tertius casus.

7 Clausuram Monialium ingredi valet Confessarius absque Socio ad administrationē Sacramenti Pœnitentiæ, Eucha

charistiæ, vel extremę Vnctionis. S.Congr.Episc. & Regul. 23. Septembr. 1583. licèt recta via absque diuerticulo ire debeat; nec aliam Monasterii partem diuagari licet, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio necessaria non est, Aldan.in Compend.iur. Canon.lib.1.tit.25. Lucer. Regul. V.Clausura,nu.7.

8 Leo X. concessit, quod quando Moniales S. Claræ infirmantur, taliter quod non possunt ad Cratem venire ad audiendam Missam, posset illo tempore Sacerdos Confessor earum, vel Prælatus Superior introire Clausuram, in infirmariam, & Monasterium ad celebrandum, dummodo Sacerdos ad nulla alia loca, quàm ad Altare diuertat; neque moratur, nisi tanto tempore, quanto indiget ad celebrandum, neque loquatur, nisi quantum opus est in Missa. Rodriquez

tom. I. quæst. Regul. quæst. 47. art. 4. circà med. vbi hoc fieri posse, enixè tuetur.

9 Licitum est Ministro Generali Ordinis Minorum ingredi clausuram Monialium S. Claræ cum quatuor, aut quinque patribus, quandocunque intus celebrare, vel Dei verbum proponere voluerit. Hieron. Roderic. resolut. 76. tit. de Clausura Monialium, num. 26. Mirandà tract. de Monialibus, art. 15. conclus. 1. Portell. dubia regular. ℣. Clausura Monialium, in addit. num. 6. Spinat.

10 Prouinciales Ministri, & Visitatores visitationis gratia eandem clausuram ingredi possunt, cum duobus, vel tribus Religiosis honestis, seu grauibus, ad tenendum capitulum culparum, vel aliquid simile, tangens suum officium, peragendum, quod deforis fieri non potest; scilicet ad videndum Clausuram, num sit violata (& in casibus necessarijs dicit Gre-

go-

gorius XIII. in Constit. incip. Dubiis, quę emergunt. apud Portell. tract. de Monialibus quæst. 2 art. 14. conclus. Socii vero, dum intra clausuram fuerint, ad inuicem nullatenus separentur. Hieronymus Roderic. loco cit. art. 15. conclus. 2. per totam, præcipuè ibi: Sed an Prouinciales. Portell. loco cit. Si hoc agere possunt Prouinciales, & Visitatores, multò magis Ordinis Superiores Generales. Spinat. ibi. Ita etiam Vrbanus IV. prout in Regula Sanctæ Claræ cap. 24. Rodriq. to. 1. quæst. Regul. q. 47. art. 7.

11 Fratres Minores inuitati à Prælatis Ecclesiarum, aut à Prçlatis Religiosis, aut à Visitatoribus aliarum Monialium ad visitandum earum Monasteria, vel exercendum aliquod aliud iurisdictionis munus, cum ipsis intrare possunt, dummodò (si subditi sint) de suorum Prælatorum licentia id faciant, Leo X. concess. 194. Roderic.

resolut. cit. num. 27. Miranda loco cit. art. 16. Hinc fit, quod Guardiani, & Prælati Conuentuales, in quorum absentia, & Pręsidentes sine Prouincialium licentia in hoc casu Monialium Clausuram intrare possunt. Rodriq. quæst. cit. art. 8.

12 Monialium Regularibus subiectarum Clausuram, vel ad eam spectantia, posse ab Episcopis visitari post Conc. Trident. de Regular. sess. 25. cap. 5. & Greg. XV. in Bulla de Exemptor. priuil. decreuit S. Cōngr. Concil. 28. Aprilis 1594. die 17. Iulij 1597. & 22. April. 1617. Et quoad Clausuram, quæ verè necessaria sunt, ordinare poterunt; sibique contradictores punire.

13 Cùm autem certum sit, Monialium Clausuram, alios quoque, ex vera necessitate, intrare posse, vt sunt fabricatores, fabri lignarii, & huiusmodi, quis his ingrediendi facultatem dare poterit? Ad ipsos

Su

Superiores Regulares duntaxat ſpectare, cenſuit ſacra Congregat. Concil. 29 Iunii 1597. apud Barboſ. in Trident. cit. ſeſs. 15. cap. 5. quod ſtatuerat Pius V. in Bulla, [Et ſi mendicantium.] in declaratione quintæ moleſtiæ apud Cherubinum tom. 2. Bullar. fol. 230. col. 1. inhoneſtum ibi reputans, quemlibet in alienam meſsem falcem iniicere Cùm autem hæc Monaſteria Epiſcopis minimè ſubiecta ſint, nequeunt in ea vllam exercere iuriſdictionem ſuper hoc, Peirinus de priuil. Regul. fol. 265. num. 29. Niſi in loco eſset conſuetudo legitimè præſcripta, vt huiuſmodi licentiæ, etiam quoad Monaſteria, quæ Regularibus ſubſunt, ab Epiſcopo tantum, vel ab Epiſcopo, & Superiore Regulari coniunctim hæ licentiæ obtinerentur: tunc enim conſuetudinem eſse ſeruandam, cenſuit ſacra Congr. Concil. 17. Iulii 1597. Barb. ad cit. cap. 5.

Concil. Hoc autem intellige etiam de licentijs dandis ijs, qui Moniales alloqui volunt.

14 Monialis professa egredi non potest è Clausura, nisi ob magnum incendium, vel infirmitatem lepræ, vel epidimiæ, vigore Bullę Pij V. incipientis. Decori, vel in aliis casibus, in quibus eadem, vel maior vrget ratio, apud Lucer. Regul. ver. Clausura. Barbosa loco cit. requiritur licentia Superioris Regularis, & Episcopi simul, secundùm communem sententiam.

15 Nulla Monialis energumena intra Monasterii septa à quocunque Presbytero seculari, vel Regulari, etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem eiusdem Monasterii (obtenta priùs à sac. Congreg. licentia) ea de causa deducatur, vel transferatur. In huiusmodi autem translatione, sicut & in actu exorcizationis, honestæ perso-

næ

næ consanguineæ, vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuersationis Energumenam comitentur. Exorcista ad huiusmodi actum sit ab Ordinario approbatus. Exorcizatio minori, quo poterit, fiat strepitu. Ecclesiæ ianua eousque occlusa remaneat, quousque, exorcizatione completa, Energumena ad Monasterium reducatur. Cæterùm tàm in reditu, quàm in accessu ad Ecclesiam, & Monasterium respectiuè rectè, & sine diuerticulo tendatur. sac. Congr. Concil. Barbos. ℣. Monialium Clausura circa egressum num. 5.

16 Qui Monialium Clausurã violauerit, duos passus ingrediendo, & statim reuertendo, propter materiæ, paruitatem, violantium pœnas non incurreret, Peirin. de priuil. Relig. fol. 267. nu. 40. Idem die de Moniali, qui eodem modo clausuram violauerit. Sed si Religiosus ad malum finem Mo

nialium Clausuram formaliter violauerit, à quo absolui poterit? A suis Prælatis, ait, & probat Peirinus ibid. num. 42. Si hoc crimen deductum sit ad forum contentiosum, poterit absolui à Confessario de suorum Superiorum licentia, quoad culpam, non quoad pœnam; tenet Sanchez 6. in Decal. cap. 17. num. 43. & Peirin. cit. fol. 117. num. 21. & 22. idem tenet de Religionis admittentibus fœminas in clausuram Conuentus. Poterit etiam Superior hos rehabilitare ad vocem actiuam, & passiuam, si violatio ad forum contentiosum deducta non sit.

17 Collocutoria communia in Monasterii Monial. in loco aperto, & claro esse debet, ad effectum, vt Moniales alloquentes commodè à singulis videri possint, S. Congregr. Episc. & Regul. 7. Martii 1617.

18 Confessionalia Monialiũ ex Sacristiis, & locis occultis, & remotis amoueri debent, &

col

collocare in Ecclesiis exteriori-
bus earundeum Monialium, S.
Congr. Concil. 29. Nouembris
1605. & in vna Fauentina. 7. Mar
tii 1617. Quòd si Moniales in hoc
fuerint renitentes, possunt, &
debent interdici, Lucerna Re-
gularium, V. Confessionalia.

De Confessoribus.

1 PIus Papa IV. in Capitu-
lo Generali anno 1565.
Vallisolet. celebrato, in quo
electus fuit P. F. Aloysius Pu-
teus Minister Generalis Ordi-
nis, inter alia, hæc semper ob-
seruanda mandauit, his verbis.
Præcipitur sub pœna priuatio-
nis omnium actuum legitimo-
rum, eò ipso incurrenda Ge-
nerali Ministro, & Prouincia-
libus Ministris, vt nullum sæ-
cularium personarum instituant
Confessarium, nisi annum tri-

gesimum compleuerint ; cùm natu minores vix habeant eam prudentiam, grauitatem, deuotionem, & sufficientiam, quæ tantum decent officium, Spinar. tit. de Confess. Const. 1565. Aquilam. 1579. & Salamant. fol. 123. & Rom. 1642. cap. 7. §. 1. num. 8.

2 Constitutiones Romanæ 1612. tit. de Confessoribus eandem in Fratrum Confessariis ætatem requirunt. Si tamen Prouincialis, ob Confessorum inopiam, cum aliquibus in huiusmodi etate dispensare, necessarium non iudicauerit. Ergo cùm Prouinciales in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus nedùm Concionatores, Lectores, sæcularium Confessores, verùm etiam, & Fratrum Confessores, triginta annos completos non habentes, instituere possint, multò magis id poterunt Superiores Generales, non solùm in Congregationibus, & Capitulis,
sed

ſed etiam extra illas functio nes. Spinat. tit. de Confeſſori bus.

3 Confeſsores à Prouincia libus inſtituti ab ipſis, & tri bus examinatoribus ſimul exa minari, & ad confeſſiones au diendas admitti debent, ex De cretis de Reformat. & Conſtit. Ordinis. Ceterùm Superiores Generales ab hac lege eximen dos puto, cùm de ipſis ſpecifi ca mentio non fiat; licèt & ip ſi teneantur Confeſsarios à ſe admittendos examinare per ſe, vel per alios; non tamen Pro uinciæ Examinatores adhibe re tenentur, cùm Prouinciæ le gibus ipſi non adſtringantur; Melphien. comment. cap. 7. ſtat. 1. fol 405. ibi Ab hac lege. Spinat. loco cit. fol. 60.

4 Imo ſicut Epiſcopus ex Concil. Trident. de Reformat. ſeſſ. 23. cap. 15. poteſt præuio examine, vel quem idoneum iudicauerit, ſine examine ad ſæcularium confeſſiones audien

dàs

das admittere ; sic Superiores Generales Ordinis (cùm sint nostrorum Fratrum Episcopi) poterunt ad audiendas illorum confessiones , sine examine , quem idoneum iudicauerint , admittere . Sac.Congr. Conc. die 30. Iulii 1619. Barbosa in Collectan.[℣. Confessio sacramentalis ,]num. 8. Spinat. ibi, De prouincialibus (licèt Prouinciæ Episcopi sint) non currit ratio;quia sibi , Decreta Pontificia , & Constitutiones Ordinis obstant.

5 Qui ad confessiones audiendas generaliter idonei reperti,& approbati fuerint , generaliter quoque , & indistinctè , absque alia temporis , certorumuè locorum , aut generis personarum limitatione admittantur sac. Congreg. Episc. & Regul. 2. Iulii 1587. apud Confect. in compend priuil. par.2. fol.154.Rodriq. tom. 1. quæst. Regul.quæst. 59.art.8. Idem in vna Venet. ad Patriarch. 15. Mar

Martii 1594. Secus verò, si ge neraliter idonei reperti non sint, eadem sac. Congreg. ad eundem Patriarch. die 7. Iunii 1594. non obstante quod illi, & Archiep. Neapolitano scripse-rat.

6. Confessores ad benepla citum, & absque limitatione admissi, generaliter admissi in-telliguntur, Peirin. tom 1. pri-uil. Regul. fol. 26. num. 43. An sic admissi poterunt pro Ordi nariorum libito reuocari? Ex quodam sac. Congreg. Concil. Decreto sub 19. Maii 1619. & Barbosa loco cit. num. 9. affir matiuè respondet Spinat. fol. 62. Puto tamen, hoc Decretum non habere locum, nisi ex no ua causa, eaque ad confessio nes ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum, ab ipsis Ordinariis positum, ne Congreg. Concil. contraria sit, S. Congreg. Episcop. & Regul. quæ tum in vna Clusin. die 9. Februarii 1588. tum in specia

li

li Decreto sub die 20. Nouembris 1515. id expressè decreuit. Peirin. loco cit. num. 45. quòd tandem refert idem Spinat. infra fol. 64. & 65. ex Barbosa in Collect. num. 20.

7 Licentia indefinitè data Regularibus ab Episcopis ad audiendas sæcularium confessiones, per mortem concedentis non expirat; quia istæ licentiæ conceduntur nomine dignitatis, quæ nunquam moritur, Suarez lib. 8. de legibus cap. 32. num. 9. & tom. 4. in 3. par. disput. 26. sect. 3. num. 9. & seq. Nauar in cap. placuit. de pœnit. dist. 6. n. 161. Peirinus ibi num. 46.

8 Idonei reperti, quò minùs ad confessiones audiendas admittantur, Episcopum absque causa denegare non posse, censuit sac. Congr. in Ripæ Transon. 21. Augusti 1615. & propterea non admittentes mortaliter peccant. Peirin. de priuil. Regul. fol. 412. num. 24.

in

indebitè autem non admissi, & recusati licitè, & validè con fessiones audient, vt declarat Peirinus in Constit. 16. Leonis X. §. 6. num. 7. tom 1. priuil. Vide Diana 3. par. de dub. Regul. resol. 25.

9 Confessores Regulares semel ab Episcopo examinati, & per examen approbati, ab eo dem ampliùs examinari non posse, decreuit Pius V. Const. Romani Pontificis prouidentia, anno 1571. apud Roder. Bul la 11 fol. 364. & apud Cherub. 133. fol. 345. tom. 2. Quæ non est reuocata per reductionem priuilegiorum ad terminos Con cilii per S. D. N. Gregoriũ XIII. Barb. in Trid. sess. 13. de Reformat. cap. 15. num. 4. Idem censuit sac. Congr. Episc. & Regul. 28. Aprilis 1594. item 13. Martij 1597. Item in vna Vrbinaten. 1. Decembris 1646. Ab Episcopo autem successore pro maiori suæ conscien tiæ quiete examinare poterit,

Pius

resolut. cit. num. 27. Miranda loco cit. art. 16. Hinc fit, quod Guardiani, & Prælati Conuentuales, in quorum absentia, & Presidentes sine Prouincialium licentia in hoc casu Monialium Clausuram intrare possunt. Rodriq. quæst. cit. art. 8.

12 Monialium Regularibus subiectarum Clausuram, vel ad eam spectantia, posse ab Episcopis visitari post Conc. Trident. de Regular. sess. 25. cap. 5. & Greg. XV. in Bulla de Exemptor. priuil. decreuit S. Cōngr. Concil. 28. Aprilis 1594. die 17. Iulij 1597. & 22. April. 1617. Et quoad Clausuram, quæ verè necessaria sunt, ordinare poterunt; sibique contradictores punire.

13 Cùm autem certum sit, Monialium Clausuram, alios quoque, ex vera necessitate, intrare posse, vt sunt fabricatores, fabri lignarii, & huiusmodi, quis his ingrediendi facultatem dare poterit? Ad ipsos

Su

Superiores Regulares duntaxat spectare, censuit sacra Congregat. Concil. 29 Iunii 1597. apud Barbos. in Trident. cit. sess. 15. cap. 5. quod statuerat Pius V. in Bulla, [Et si mendicantium.] in declaratione quintæ molestiæ apud Cherubinum tom. 2. Bullar. fol. 230. col. 1. inhonestum ibi reputans, quem libet in alienam messem falcem iniicere Cùm autem hæc Monasteria Episcopis minimè subiecta sint, nequeunt in ea vllam exercere iurisdictionem super hoc, Peirinus de priuil. Regul. fol. 265. num. 29. Nisi in loco esset consuetudo legitimè præscripta, vt huiusmodi licentiæ, etiam quoad Monasteria, quæ Regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore Regulari coniunctim hæ licentiæ obtinerentur: tunc enim consuetudinem esse seruandam, censuit sacra Congr. Concil. 17. Iulii 1597. Barb. ad cit. cap. 5.

Concil. Hoc autem intellige etiam de licentijs dandis ijs, qui Moniales alloqui volunt.

14 Monialis professa egredi non potest è Clausura, nisi ob magnum incendium, vel infirmitatem lepræ, vel epidimiæ, vigore Bullę Pij V. incipientis. Decori, vel in aliis casibus, in quibus eadem, vel maior vrget ratio, apud Lucer. Regul. ver. Clausura. Barbosa loco cit. requiritur licentia Superioris Regularis, & Episcopi simul, secundùm communem sententiam.

15 Nulla Monialis energumena intra Monasterii septa à quocunque Presbytero seculari, vel Regulari, etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem eiusdem Monasterii (obtenta priùs à sac. Congreg. licentia) ea de causa deducatur, vel transferatur. In huiusmodi autem translatione, sicut & in actu exorcizationis, honestæ perso-

næ

næ consanguineæ, vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuersationis Energumenam comitentur. Exorcista ad huiusmodi actum sit ab Ordinario approbatus. Exorcizatio minori, quo poterit, fiat strepitu. Ecclesiæ ianua eousque occlusa remaneat, quousque, exorcizatione completa, Energumena ad Monasterium reducatur. Cæterùm tàm in reditu, quàm in accessu ad Ecclesiam, & Monasterium respectiuè rectè, & sine diuerticulo tendatur. sac. Congr. Concil. Barbos. ℣. Monialium Clausura circa egressum num. 5.

16 Qui Monialium Clausurā violauerit, duos passus ingrediendo, & statim reuertendo, propter materiæ, paruitatem, violantium pœnas non incurreret, Peirin. de priuil. Relig. fol. 267. nu. 40. Idem die de Moniali, qui eodem modo clausuram violauerit. Sed si Religiosus ad malum finem Mo

nialium Clausuram formaliter violauerit, à quo absolui poterit? A suis Prælatis, ait, & probat Peirinus ibid. num. 42. Si hoc crimen deductum sit ad forum contentiosum, poterit absolui à Confessario de suorum Superiorum licentia, quoad culpam, non quoad pœnam; tenet Sanchez 6. in Decal. cap. 17. num. 43. & Peirin. cit. fol. 117. num. 21. & 22. idem tenet de Religionis admittentibus fœminas in clausuram Conuentus. Poterit etiam Superior hos rehabilitare ad vocem actiuam, & passiuam, si violatio ad forum contentiosum deducta non sit.

17 Collocutoria communia in Monasterii Monial. in loco aperto, & claro esse debet, ad effectum, vt Moniales alloquentes commodè à singulis videri possint, S. Congregr. Episc. & Regul. 7. Martii 1617.

18 Confessionalia Monialiũ ex Sacristiis, & locis occultis, & remotis amoueri debent, &

col

collocare in Ecclesiis exteriori-bus earundem Monialium, S. Congr. Concil. 29. Nouembris 1605. & in vna Fauentina, 7. Martii 1617. Quòd si Moniales in hoc fuerint renitentes, possunt, & debent interdici, Lucerna Regularium, V. Confessionalia.

De Confessoribus.

1 Pius Papa IV. in Capitulo Generali anno 1565. Vallisolet. celebrato, in quo electus fuit P. F. Aloysius Puteus Minister Generalis Ordinis, inter alia, hæc semper obseruanda mandauit, his verbis. Præcipitur sub pœna priuationis omnium actuum legitimorum, eò ipso incurrenda Generali Ministro, & Prouincialibus Ministris, vt nullum sæcularium personarum instituant Confessarium, nisi annum tri-

gesimum compleuerint; cùm natu minores vix habeant eam prudentiam, grauitatem, deuotionem, & sufficientiam, quæ tantum decent officium, Spinar. tit. de Confess. Const. 1565. Aquilam. 1579. & Salamant. fol. 123. & Rom. 1642. cap. 7. §. 1. num. 8.

2 Constitutiones Romanæ 1612. tit. de Confessoribus ean dem in Fratrum Confessariis ætatem requirunt. Si tamen Prouincialis, ob Confessorum inopiam, cum aliquibus in huiusmodi etate dispensare, necessarium non iudicauerit. Ergo cùm Prouinciales in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus nedùm Concionatores, Lectores, sæcularium Confessores, verùm etiam, & Fratrum Confessores, triginta annos completos non haben tes, instituere possint, multò magis id poterunt Superiores Generales, non solùm in Congregationibus, & Capitulis,

sed

ſed etiam extra illas functio nes. Spinat. tit. de Confeſſori bus.

3 Confeſsores à Prouincia libus instituti ab ipſis, & tri bus examinatoribus ſimul exa minari, & ad confeſſiones au diendas admitti debent, ex De cretis de Reformat. & Conſtit. Ordinis. Ceterùm Superiores Generales ab hac lege eximen dos puto, cùm de ipſis ſpecifi ca mentio non fiat; licèt & ip ſi teneantur Confeſsarios à ſe admittendos examinare per ſe, vel per alios; non tamen Pro uinciæ Examinatores adhibe re tenentur, cùm Prouinciæ le gibus ipſi non adſtringantur; Melphien. comment. cap. 7. ſtat. 1. fol 405. ibi Ab hac lege. Spinat. loco cit. fol. 60.

4 Imo ſicut Epiſcopus ex Concil. Trident. de Reformat. ſeſſ. 23. cap. 15. poteſt præuio examine, vel quem idoneum judicauerit, ſine examine ad ſæcularium confeſſiones audien

das

dos admittere; sic Superiores Generales Ordinis (cùm sint nostrorum Fratrum Episcopi) poterunt ad audiendas illorum confessiones, sine examine, quem idoneum iudicauerint, admittere. Sac. Congr. Conc. die 30. Iulii 1619. Barbosa in Collectan. [℣. Confessio sacramentalis,] num. 8. Spinat. ibi, De prouincialibus (licèt Prouinciæ Episcopi sint) non currit ratio; quia sibi, Decreta Pontificia, & Constitutiones Ordinis obstant.

5 Qui ad confessiones audiendas generaliter idonei reperti, & approbati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè, absque alia temporis, certorumuè locorum, aut generis personarum limitatione admittantur sac. Congreg. Episc. & Regul. 2. Iulii 1587. apud Confect. in compend priuil. par. 2. fol. 154. Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. quæst. 59. art. 8. Idem in vna Venet. ad Patriarch. 15.

Mar

Martii 1594. Secus verò, si generaliter idonei reperti non sint, eadem sac. Congreg. ad eundem Patriarch. die 7. Iunii 1594. non obstante quod illi,& Archiep. Neapolitano scripserat.

6. Confessores ad beneplacitum, & absque limitatione admissi, generaliter admissi intelliguntur, Peirin.tom 1. priuil. Regul. fol. 26. num. 43. An sic admissi poterunt pro Ordinariorum libito reuocari? Ex quodam sac. Congreg. Concil. Decreto sub 19. Maii 1619. & Barbosa loco cit. num. 9. affirmatiuè respondet Spinat. fol. 62. Puto tamen, hoc Decretum non habere locum, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum, ab ipsis Ordinariis positum, ne Congreg. Concil. contraria sit, S.Congreg. Episcop. & Regul. quæ tum in vna Clusin. die 9. Februarii 1588. tum in speciali

indebitè autem non admissi, & recusati licitè, & validè confessiones audient, vt declarat Peirinus in Constit. 16. Leonis X. §. 6. num. 7. tom 1. priuil. Vide Diana 3. par. de dub. Regul. resol. 25.

9 Confessores Regulares semel ab Episcopo examinati, & per examen approbati, ab eodem ampliùs examinari non posse, decreuit Pius V. Const. Romani Pontificis prouidentia, anno 1571. apud Roder. Bulla 11 fol. 364. & apud Cherub. 133. fol. 345. tom. 2. Quæ non est reuocata per reductionem priuilegiorum ad terminos Concilii per S.D.N. Gregoriū XIII. Barb. in Trid. sess. 13. de Reformat. cap. 15. num. 4. Idem censuit sac. Congr. Episc. & Regul. 28. Aprilis 1594. item 13. Martij 1597. Item in vna Vrbinaten. 1. Decembris 1646. Ab Episcopo autem successore pro maiori suæ conscientiæ quiete examinare poterit,

Pius V. loco cit. §. 2. sac. Congreg. Concilij tempore Sixti V. apud Roder. tom, 1. quest. 59. art. 4. sac. Congreg. Episc. & Regul. 13. Martii 1597. Id tamen nequit fieri à Capitulo Sede vacante, ex particulari priuilegio Clem. VIII. Mirand. in Manuali Prælatorum tom. 1. quæst. 45. art. 7. Diana resolut. moral. par. 3. tract. 2. de dubijs regular. resolut. 25. Quòd autem in foro conscientiæ modò possimus frui præsentatione, & approbatione semel obtenta, non obstantibus Decretis Concil. Trid. & Pij V. tenet, & probat Roder. quæst. cit. art. 7. Si autem Confessores sine præuio examine approbati fuerint, ab Episcopo suspendi, & examinari possunt. S. Cong. Episc. & Regul. in vna Vercell. sub die 31. Iulii 1615. Barbosa in Collect. n. 18. Lucer. Regul. ✠. Confessarii, num. 18. Spinat.

10 Confessariis Regularibus omnibus simul vnius Conuentus

tus Archiepiſcopi, Epiſcopi, locorumque Ordinarii facultatem audiendi confeſſiones nullo pacto adimere poſſunt, ſacra Congregatione Epiſc. & Regul. inconſulta. eadem ſac. Congreg. 20. Nouembris 1615. Barboſa in Collect. num. 22. Peirinus cit. fol. 26. num. 45. Alphonſus Leo in fin. 2. partis de Iubilęo. Lucerna Regular. ℣. cit. num. 19.

11 Fratres Minores Confeſſores ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis Superioribus ad huiuſmodi munera deputati, quandocunque ſunt in itinere, ſiue in mari, ſiue in terra, poſſunt quorumcunque Christi fidelium confeſſiones audire, dummodo id non faciant in Oppidis, aut locis, in quibus exiſtunt Ordinarij, niſi eorum licentia deſuper obtenta, & hoc per priuilegium Patribus Ieſuitis à Gregorio XIII. & aliud ab Eugenio IV. Fratribus Minoribus con-

concessum, vt habent Roder. tom. 6. quæst. Regular. q. 59. art. 5. in fin. & in exposit. Bullæ Cruciatæ. Et Compendium Priuil. Sorbi, V. Absolutio quo ad sæculares, fol. 57. ibi 11. Conclusio, & fol. 61. ibi, benè verum est. & fol. 30. §. 3. Spinatiola t. t. de Confessoribus.

12 Sacra Congreg. Conc. 30. Martii 1594. censuit, in Monasteriis, ac etiam Collegiatis Regularium, vbi Regularia instituta seruantur, posse prælatos Regulares, siue aliorum Religiosorum Confessores, absque licentia Episcopi, confessiones eorum sæcularium, qui sunt verè de familia, & continui commensales, non tamen illorum, qui tantùm deseruiunt in Monasteriis, audire. Barbosa ex decis. 96. in Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat. Peirinus tom. 1. Priuil. fol. 62. num. 12. & tom. 3. fol. 416. nu. 1. Quod specialiter Nobis Minoribus concessum fuisse à Clemen

mente IV. & à Sixto IV. & id non esse per Concilium Trid. reuocatum refert, & probat Roder. tom. 1. quæst. 56. art. 14. Quid autem sint familiares, & commensales, vide cap. fin. de verb. sign. in 6. & Constit. 3. Pauli III. tom. 1. Bullar. Cherub. fol. 615. Ex Concil. Trid. de reformat. sess. 24. cap. 11. familiares sunt, qui actu seruiunt Religiosis, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia uiuunt, Peirin. cit. tom. 1. fol. 63. nu. 15. vbi ambas conditiones, vt intra Monasterii septa nempè habitent, & sub obedientia (ratione seruitii, non voti) Superiorum maneant, etiamsi salario stipendiati sint, ad hoc, vt tali priuilegio gaudere possint. At habitare intra Monasterii septa minimè necessariũ est, Suarez tom. 4. de Relig. tract. 3. lib. 9. cap. 4. num. 18. Surd. decis. 35. Ricc. collectan. par. 1 decis. 131. qui infra ex

eius

eiusdem Surd.decis.19 ait, quod famuli diurno salario conducti ad publicas functiones non tenentur.

13 Hinc fit, quòd admissi tantùm ad audiendas Fratrum Confessiones, poterit audire Confessiones Tertiariorum, qui Conuentuum seruitiijs deputati sunt, & sub Superiorum obedientia manent. Cæterùm non approbati ab Ordinario ad audiendas confessiones sæcularium, nequeunt audire confessiones Monialium Tertij Ordinis, siue Bizocarum S. Congr. Episc. & Regul. 20. Decembris 1616.

14 Approbati generaliter ab Episcopo ad audiendas sæcularium confessiones non censentur approbati, ad audiendas Monialium Regularibus subiectarum confessiones, sac. Congr. Concil. apud Barbosa de off. & potest. Episc. allegat. 25. num. 74. par. 2. Approbati ad audiendas confessiones Mo-

nia-

nialium particularis Monaste-rii nequeunt audire confessiones Monialium alterius Monasterii, S. Congr. Card. apud Barb. ibidem num. 75. Quod etiam intellige, quoad facultatem impetrandam à Superioribus Regularibus. S. Congr. Episc. & Regul. 3. Sept. 1638.

15 Confessarii Monialium tam Ordinarii, quàm Extraordinarii ab Episcopo approbari debent. Gregor. XV. in sæpè cit. Bulla [Inscrutabili,] & sacra Congr. Concil. in eius declaratione ad sextum. Confessarij Monialium ordinarij singulis quibusque triennijs mutari debent, idque obseruandum, nedùm circa Moniales subiectas Ordinario, sed etiam Regularibus. S. Congr. Episc. & Regul. sub die 15. Februarij 1593. Barb. Collect. V. Confessarius Monialium. num. 5.

16 Confessores solicitantes tàm mulieres, quàm pueros ad actus inhonestos, prout in

Bul-

Bulla Greg XV. Vniuersi Dominici gregis, eiusdem Bullæ pœnas incurrunt, & in hoc casu datur locus preuentionis, ad inquirendum, Episcopis, & Inquisitoribus. Superiores autem Regulares in hoc se intromittere nequeunt, Peirin. ad dictam Bullam fol. 348. §. 6. n. 20. Si autem sollicitauerint ad alia peccata non carnalia, huius Constitutionis pœnas non incurrunt, Peirin. ibi num. 7. Nec illis subiacent pœnis, qui confessionis occasione alijs mandant, vt aliquam, vel aliquem pro se sollicitent. Idem fol. 474. num. 3.

De Conseruatoribus.

1 CONseruator est Iudex delegatus à Papa, sed ab eo, cuius interest, nominatus, qui habet ex munere tueri patientes, à manifestis iniurijs, & violentiis: ita cap. hac

con-

constitutione, de off. deleg. in 6. de quo plura Sanctor. Melph. in Comment. ad Constit. Relig. cap 12. Stat. 11. Conseruatores Regularibus nouissimè conceduntur à Greg. XV. in Const. Sanctissimus in Christo Pater. 20. Septembris 1621.

2 Ad 3. ergo Melph. quæsitum, in quo innuit, quod Conseruatores non possunt cognoscere, nisi de notoriis iniuriis, pro maiori huius intelligentia adde, notorium duplex esse, vnum est ex facti euidentia, quod examinatione non indiget; vel si indiget, potest tamen clarè per multos testes probari, ita, vt negari nequeat. Aliud est, quando delinquens iniuriam, vel verbo, vel scripto, vel facto illatam, confitetur: hanc sic confessam notoriam licèt esse, neget, nihilominus contra eum Conseruatores procedere possunt; quia nulla maior, verior, potentior, ac probatior probatio est, quam

propria delinquentis confessio, vt ex communiter scribentibus in cap. de accusat. in 6. & alijs habes apud Leonem Zambellum in pract. crimin. cap. 4. num. 17. fol. 4. Hinc euenit, vt quod ex facti euidentia notoriũ non erat, per delinquentis confessionem notorium fiat, cap. vestra. de cohabit. Cleric. & mulier.

3 Conseruatores ad executioni mandandas suas sententias, brachii sæcularis auxilium postulare, Episcopi, vel Potestatis familiam petere potest. Iudex autem sæcularis suum brachium à Iudice Ecclesiastico petitum præstare tenetur, cap. 1. & cap. quoniam. de off. ordin. & c. statuimus. de maledic. Et si Iudex Ecclesiasticus suum brachium prestare debet Iudici sæculari, illud imploranti, Abb. cap. 1. de off. ordin. num 10. & 14. Riccius in 1. par. praxis decis. 330. illud multò magis præstare de-
be-

bebit Regularium Conseruatoribus, qui speciales à Papa delegati sunt Iudices, secundùm illud; si dequo minus, ergo, & dequo magis. Hinc fit. quòd Conseruatores tàm Iudicis sæcularis, quàm Episcopi carceribus vti poterunt, ad incarcerandum eos, quos de iure carceribus mancipare potest: Si enim hoc ita non esset, eorum ab omnibus contemneretur auctoritas.

4 Ad vndecimum Melphien. quæsitum adde, quòd Conseruatores sicut per censuras, & alia facti remedia (etiam contra Episcopos) procedere possunt; ita possunt à censuris à se latis, absoluere, cap. [pastoralis, §. propterea, de off. ord. cap. prudentiam, §. fin. de off. deleg.

5 Aduerte etiam, quòd quando diuersarum Religionum Fratres sibi inuicem notoriè iniurias inferrent, & sic singulæ ad proprios recurrerent Con-

ſeruatores, atquè aduerſus ſe inuicem inhibitiones, & cenſuras obtinerent, in hoc caſu eſset locus præuentioni, vt ille duntaxat procedere valeat, qui prior fuit aditus, & præuentus. [l. vn. ff. de off. conſul. cap. cùm plures, de off. deleg. in 6.] Ne ſe tamen mutuò impediant, ſatiùs erit Romam recurrere, Mandoſ. [de Sign. Grat. tit. Conſeruatoria, ℣. an autem circa.]

6 Conſeruatores itaque (quia ad tuendum Religionum priuilegia, & ad alia, quàm maximè neceſsarij ſunt) in ſingulis Diœceſibus, in quibus Monaſteria, ſeu domos Regulares habent, eligi debent. Ita ſacra Congr. Conc. in vna Roſſanen. 15. Aprilis 1628. & in alia Lancianen. 29. Ianuarii 1633. Ex his ſequitur, Conſeruatores poſse eligi, quoties Regularibus videbitur, non obſtante cit. Conſtit. Greg. XV. de eligendo eos in Italia infrà duos, extrà Italiam verò infrà

ſex

ſex menſes à die publicationis eiuſdem Conſtitutionis, vt cenſuit ſac. Congr. Concil. 18. Septembris 1627. dummodo in reliquis forma, à Conſtitut. Pontificis prçſcripta, ſeruetur.

De Conuentibus.

1 COnuentuum, ſeu domorum, vel de nouo erectarum, vel à Patribus de Obſeruantia receptarum conceſſiones, per quoſcunque, & quomodolibet factas ad fauorem Fratrum Minorum Strictioris Obſeruantiæ ſpeciali Decreto incip. [Impoſiti nobis,] ſub die 30. Maii 1639. confirmauit Vrbanus VIII. prout in lib. Procur. Reform. an. 1634. fol. 33.

2 Conuentus, & Eccleſias recipere poſſunt Regulares in omnibus illis locis, in quibus ſecundùm proprium Inſtitutum, ſaltem duodecim Fratres

commodè ali possunt, si Ciuitates, & Oppida eos recipere, & acceptare velint; si Episcopi licentia, & aliorum Regularium per quatuor millia passuum circumuicinorum consensus adfuerit, iuxta Const. 31. Greg. XV. incip. Cùm aliàs, dat. die 17. Augusti 1621. apud Cherub. tom. 4. Bullar. fol. 138 licentias verò pro construendis domibus Regularibus, quæ 4. cap. sess. 25. Concil. Trid. nisi de Ordinarij licentia construi prohibentur, gratis omnino dari, &, non nisi legitima subsistente causa, Superioribus explicanda, illas recusari posse, mandauit Pius V. in Constit. Et si mendicantium, num. 33. fol. 231. apud Cherub. tom. 2. Cæterùm licèt noua Monasteria erigi sine Episcopi consensu nequeant, eorum tamen fabricæ iam cœptæ, sine tali licentia, perfici possunt. Nec tales licentię necessariæ sunt pro construendis Hospitijs;

quia

quia in præfatis Constitutionibus non comprehenduntur, Peirin. tom. 3. priuil. Regular. fol. 492. n. 3. Nec talis Episcopi licentia requiritur, si quando de loco v. g. non sano, vel incommodo ad locum saniorem, vel commodododiorem, Conuentus aliquis transferendus sit, Miranda Manual. Prælat. tom. 1. q. 33. art. 2. & alii apud Dianam par. 3. tract. 2. de dub. Regular. resolut. vlt.

3 Regulares dimittere possunt Conuentus, asportatis bonis, & vtensilibus in alium Conuentum, Iulius II. in Bulla incip. Virtute conspicuos kal. Augusti 1506. & hoc propria auctoritate, Ordinariorum locorum, vel cuiusuis alterius licentia minimè requisita, Sixtus V. an. 1587. apud Roderic. tom. 2. quæst. Regul. q. 49 art. 4. Consequenter Ecclesia, Dormitoria, & aliæ Officinæ destrui poterunt, & eorum materia in alium Conuentum reædificandum

dum asportari licebit, dummodo dicti Conuentus non sint iuris patronatus particularis fundatoris, & non sibi illius dominium reseruauerit. Si enim dominium sibi reseruauit, nihil de bonis immobilibus à quibuscumque Religiosis asportari poterit. Quia verò Nicolaus III. in c. exiit, de verborum signif. in 6. mutata concedentis voluntate, Ecclesias, Oratoria, & Cœmeteria ad vsum Fratrum Minorum ædificata, transfert in ius, & proprietatem Pontificis, ac S. Rom. Ecclesiæ (si concedens de his expressè sibi dominium non reseruauit) ea destrui poterunt, eorumque materia asportari, ac ad nouæ Ecclesiæ ædificationem applicari; licèt ligna, quę in Ecclesiæ constructione inseruierant adhuc pro fabricando Dormitorio Religiosorum inseruire possint, cap. Ligna, de consecr. dist. 1. & Glos. ibi. Bona verò immobilia Minorum

vsui

vſui conceſsa, tanquam Pontificis, & Eccleſiæ res, transferri poterunt.

4 Aduerte tamen, quòd Leo Decimus conceſſit, quòd adueniente neceſſitate, Eccleſiæ tam Fratrum Minorum, quàm Monialium S. Claræ Obſeruantię poſsunt transferri, & mutari de vno loco ad alium, & locus prioris Eccleſię reduci ad vſus humanos, ſecundùm commoditatem dictorum locorum, & Monaſteriorum, dummodo materia ædificiorum ponatur in alia Eccleſia. Ita habetur apud Roder. quæſt. cit. art. 6. quo videtur conceſsum aliquid ſupra cap. quæ ſemel. 19. quæſt. 3. Nota etiam, quod Prouinciales ſine Superioris Generalis licentia Conuentus dimittere non poſsunt, Sixtus IV. Conſt. 12. apud Roder. tom. 1. quæſt. 23. art 6.

5 Defuncto fondatore, qui ius patronatum Eccleſiæ, & Cõuentus ſibi ſoli, non autem

 ſuc

successoribus reseruauit, pote runt Syndici Fratrū Minorum, vti veri Papæ œconomi præ dicti fundatoris successoribus iuspatronatum Capellarum con cedere, quando talis donatio in Religionis vtilitatem cedit, Corduba super Regul. Fratrum Minorum cap. 6. Roder. tom. 2. quęst. 49. art. 7. in calce.

6 Conuentus, vel Monaste ria Regularium distare à se inuicem debent saltem centum quadraginta cannis. Quod plu ries fuisse decisum dicitur à sac. Congreg. in vna Taurin. 23. Iulii 1638. quod patet esse in robore, licèt Peirinus ad Constit. 7. Iulii II. §. 1. fol. 119. oppositum dicat, fundatus su per præcedentes quasdam concessiones factas ab eodem Iu lio Minimis, à Greg. XIII. Ie suitis, & à Paulo V. Carmeli tis discalceatis. Quinimo Pri uilegium Minoribus à Clemen te IV. concessum, quo Fratri bus

bus Prædicatoribus , Carmelitanis , Augustinianis aliisque Religiosis in paupertate fundatis prohibebatur, ne aliquod Monasterium , Ecclesiam, seu Oratorium ædificare, seu construere præsumant infrà spatium trecentarum cannarum ab Ecclesiis Fratrum Minorum, per aerem mensurandarum, &c. à Iulio II. reuocatum non fuit; imò declarauit, quòd coarctatio , seu reductio trecentarum cannarum ad centum quadraginta non debet nocere Fratribus Minoribus . Nec priuilegiorum communicatio in eorũ damnum , sed in fauorem esse debet , vt habetur in Monum. Ordin. & in Supplem, Roder. to. 2 q. 49. art. 5.

De Curatis, siue Parochis.

1 CVrati nolentes leuare defunctorum cadauera , nisi ab hæredibus tot vo-

centur Clerici sæculares, quot Regulares, grauiter peccant, Peirin.tom.1. priuil. Regular. fol.160.nu.2. Curati non possunt impedire, quin sæculares cum habitu Fratrum sepeliantur, Sixtus IV. in Constit. incip. Apostolicæ mansuetudinis. anno 1472. & alia incipit. Sacri Prędicatorum, anno 1479. & Leo X. Const. incip. Dum intra, an. 1516. In iisque Ecclesiis Regularium, quorum habitum gerunt, sepeliri debere, dummodo Superiores, vel alii ad hoc destinati præmoneant eum, qui habitum petit, in eorum Ecclesia esse sepeliendum, censuit sac. Congr. Episc. & Regul. in vna Nespetin. ad 2.11. Decembris 1615.

2 Curati præsumentes auertere fideles, ne in Mendicantium Ecclesiis suam eligant sepulturam, possunt excommunicari. Item persuadentes defunctorum hæredibus, ne, ad sociandum corpora ad sepul-

tu

turam, Regulares vocent, possunt à Conseruatoribus censuris Ecclesiasticis coerceri. Peirinus locó cit. §.2. num.1.

3 Curati prætendere nequeunt ab heredibus ius sepulturæ sibi debitum soluendum antequàm defunctorum corpora sepeliantur, ita quod vltrà oportunum tempus corporis delationem retardare præsumant, nisi priùs sibi tale ius soluatur, sacra Congr. Card. in vna Puteol 22. Maii 1615. Nec sub quouis prætextu compositionis (quoad ius sepulturæ soluendum) permittatur, vt mortuorum sepultura retardetur, aut impediatur, eadem sacra Congr. Maii 1617.

4 Quod Clemens VIII. in Const. 96. incip. Expositum nobis. sub die 28. Ianuarii 1604. Paulus V. in Const. 47. incip. Expositum nobis, similiter, apud Cherub. to. 2. & Vrbanus VIII. Cōst, 21. incip. Dilectis filijs, &c. Sub 12. kal. Aprilis 1624. tom. 4. ciuf-

eiuſdem Cherub.fol. 258. decreuerunt contra Indiarum Curatos, qui eligentes ſepulturam in Eccleſijs Fratrum Minorum, vel impediebant, vel cogebant, ad ſoluendum ius ſepulturæ vltra præſcriptum à Concil. Trid ſeſſ. 25. cap. 13. iuxtà explicationem à bo. me. Pio Papa V. ſeptimo kal. Iunij 1567. & ad relinquendum tot. Miſſas celebrandas ſibi, quot Minoribus relinquebant: vel filios, quorum patres in Eccleſijs dictorum Fratrum, vel Monialium ſepulti erant, aut ſepulturam particularem Pro ſe, & ſuis habebant, nulla legitima conſuetudine ſuffulti, in eorum Parochialibus Eccleſijs ſepeliri, & dictos Patres, ad hoc, vt in dictis Parochialibus Eccleſijs ſepelirentur, cogere, & compellere contendebant. Quod (inquam) contra hos, contra quoquè cunctos alios Curatos totius Orbis decretum eſt, vt patet ſupra tit.

de

5 Curati non possunt cogere defunctorum hæredes, seu executores testamentarios, vt pro defunctis, qui tumulantur in Ecclesijs Regularium, in Ecclesijs etiam Parochialibus celebrari faciant officia, Nouenalia, & Anniuersaria, prout celebrantur in Ecclesiis Regularium, in quibus cadauera sepeliuntur. S. Congr. Rituum 23. Aprilis 1633. quod Decretum confirmatum fuit ab Vrbano Octauo in Constit. Nuper pro parte, sub die 25. Iunii 1633. apud Peirin. tom. 3. Priuileg. fol. 513.

De Custodibus, & Diffinitoribus.

1 EX Constit. Gregor. XV. incip. [Militantis Ecclesiæ, die 24. Febr. 1622. Qui officio Custodis, & diffinitoris functi sunt, nullo modo posse reeligi,

gi; nisi sexennio vacationis transacto, irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari,] sub excommunicationis pœna Ministris, & Vicarijs Generalibus; ac etiam sub pœna priuationis Officiorum, ipso facto incurrenda, vt prædictis pareant, statuitur, & mandatur.

2 Quæritur ergo, quomodo intelligi debeat hoc sexennium? P. Sanctor. Comment. Constit. cap. 8. Statut. 36. quæst. 10. dub. 2. fol. 645. respondet, debere intelligi à die primæ electionis: nam verbum Reeligi ad priorem electionem refertur, non ad finem triennij. Et sic in facti contingentia determinatum fuisse in Congregatione Em. Card. Barberini Protectoris, cuius caput erat Illustriss. D. paulucius sac. Congr. Concil. Secretarius, cùm ageretur, de reeligendo in Custodem Prouinciæ Romanæ eum,

qui

qui per ſexennium non vacauerat.

3 Ex aduerſo P. Nicolaus à Spinat. in Compend. tit. [de Cuſtodibus, & Diffinitoribus,] hanc opinionem non ſubſiſtere, cùm tale Decretum non compareat, cum Clauſula derogante Gregorij Conſtitutionem. Adde, quod illa priuata, & particularis Congregatio, niſi de ſpeciali Papæ mandato, Gregorianæ Conſtitutioni derogare non poterat, per [cap. Inferior. diſt. 21. & per l. nam Magiſtratus, ff. de arbitr.] mandatum autem non apparet.

4 Inſuper S. Congr. Cardin. die 15. Nouembris 2631. declarauit, non poſſe cuſtodes, & Diffinitores ad eadem Officia reeligi, niſi ſexennio vacauerint, & ita eſſe intelligendam Gregorii Conſtitutionem; cùm enim verba ſtrictè, & propriè ſecundum propriam ſignificationem intelligenda ſint. [l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. de exercita-

ta-

tatoria actione, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. Surd. decis. 288. & alii, sequitur, quòd vacationis sexennium intelligi nequeat à die primæ electionis tunc enim non essent, nisi tres vacationis anni.

5 Ad illud, quod dicitur de Congregatione Emin. Protectoris, respondet Spinat. quod cùm non compareat, nec videatur, nullius est substantiæ, vt possit, & debeat obseruari; nam de his, quæ non sunt, & quæ non apparent, idem est iudiciũ, [l. in lege, ff. de contrahen. empt. & vend.

6 Conclus. Spinat. roboratur ex eo, quod Vrbanus VIII. 6. Iulii 1636 declarauit nullam electionem in Diffinitorem P. F. Danielis Quistelli à Mirandula, ex eo, quia non vacauit per sex annos continuos, à die expleti Diffinitoratus officii, antea habiti. Insuper idem Pontifex die 30. Septemb. eiusdem anni declarauit P. F. An-

ge

gelicum de Viadana Bononiæ Ministrum Prouincialem incurrisse in pœnas, & censuras in prædicta Gregorii Bulla contentas, eo, quia P. Danielem præfatum, vt supra reelectum cum voto in Diffinitorio admiserat; vt habetur in Registro Ara. Cœli, in lib. P. F. Dominici de Neapoli ab an. 1633. ad an. 1636. fol. 139. & fol. 146. Spinat. in speciali tit. de Diffinitoribus.

7 Et quia præfatæ Bullæ vigore, Constitutiones Rom. 1642. cap. 8. §. 9. num. 8. de Custodibus, & §. 33. num. 6 & §. 13. num. 7. non nisi post vacationis sexennium, in Diffinitorem quis reeligi posse, statuitur, & præfatu P. Danielis electio nulla declarata est, nulla quoque esset electio Custodis, si ante expletum sexennium in Custodem reeligeretur. Sed vide Constit. Reform. 1643. cap. 8. num. 50.

8 Custos in Capitulo, in

quo ſuum explet munus, in Diffinitorem eligi non poteſt; nec etiam in Guardianum, ſub electionis nullitate. Primum decernitur in Conſtit. Generalibus 1612. & 1642. cap. 8. §. 9. num. 11. Secundum verò decernitur in ordinationibus Reuerendiſs P. F. Ioannis de Neapoli Miniſtri Generalis de anno 1646. fol. 28. obſeruandum tamen eſt, an ſint ordinationes ab homine.

9 Diffinitor, durante Diffinitoratus officio, Guardianus eſſe nequit, ex Conſtitutionibus General. Aquilanis 1559. fol. 63. à tergo. Neapolit. 1590. cap. 32. Valliſol. 1593. fol. 218. & 280. Rom, 1642. cap. 8. §. 24. num. 11. Ex Conſtitutionibus autem Refor. 1643. cap. 8. nu. 58. Cuſtos, & Diffinitores, durantibus eorum officijs, nec Vicarij, nec Monialium confeſſores eſſe poſſunt.

10 Diffinitores in Capitulo, in quo ſuum explent officium,

Guar-

Guardiani esse nequeunt, ex-ordinationibus Reuerendiss. P. F. Ioannis de Neapoli cit. fol. 28. in fine.

11 Diffinitores Prouinciarum in Capitulis Prouincial. quatuor tantum, & non plures eligi possunt, sub electionis nullitate, ex Constit. Vrbani VIII. incip. [Militantis Ecclesiæ,] die 1. Iunij 1640.

De Decretis.

1 DEcretum S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis contra retinentes, seu habentès, & legentes libros, seu scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Piromantiæ, Chiromantiæ, Nicromãtiæ. &c. factum sub die 19. Septembris fer. 5.. 591. & confirmatum die 3. Mensis Maii fer. 5. 1601. ad quod legendum in singulis dictis, Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, &c. aderat obli-

obligatio, ſub pœna priuationis officiorum, &c. nullo modo ampliùs legitur: nam ſupplicatione porrecta pro abſoluta de obligatione à præfati Decreti lectione, ſequens emanauit Decretum.

2 Feria 4 die 3. Iulii 1647. in Generali Congregatione S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruа coram Eminentiſs. & Reuerẽdiſſimis Dominis S.R.E Cardinalibus. in tota Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

3 Audito retroſcripto Memoriali, porrecto nomine Fratris Antonii de Ribera. Commiſſarii Generalis in Curia prò Vltramontana familia Fratrum Minorũ, ſac. Congregatio fecit gratiam petitam Oratori, dũmodo tamen legatur per extensũ Bulla Sanctę mem. Sixti Papæ V. contra Aſtrologos, & ſortilegos,

Io. Antonius Thomasus sanctæ Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

Locus † Sigilli.

Contra exercentes artem Astrologiæ iudiciariæ, & alia quæcunque diuinationum genera, librosquè tenentes, vel legentes, habes supra in tit. de Capitulis.

4 Decretum Vrbani VIII. incip. Militantis Ecclesiæ, sub die prima Octobris 1641. obseruandum est, vbi in aliquibus (v. g. vbi dicitur; Demum Fratres prædicti, exceptis in infirmaria illis, qui indiguerint, particulas ex panno lineo etiam in itinere, sub quocunque pretextu nequaquam deferant: particulas verè ex panno laneo illi deferre possint, qui eis loco tunicæ vti voluerint) necessitas ad oppositum non vrgeret. Sed quia in præfato Decreto Ministris Prouin-

cia

cialibus ; ac Guardianis , alijſque Superioribus quibuſcunque ſub pœna priuationis ſuorum officiorum, eo ipſo , abſque alia declaratione incurrenda, committitur, & mandatur , vt omnia, & ſingula in eo contenta à Fratribus ſibi ſubditis inuiolabiliter obſeruari curent : aduertendum eſt, quòd illa particula [ipſo facto, eo ipſo, & abſque alia declaratione] intelligi debet de declaratione pœne , non delicti , Sanchez lib. 2. oper. moral. cap. 22. num. 2. & lib. 6. cap. 17. num. 39. Couarru. 4. decret par. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Soto lib. 1. de iuſt. q. 6. art. 6. in fin. Mexia in Taxa panis con. 6. num. 136. Ludouicus Lopez par. 1. Inſtruct. concient. cap. 296. Rodriq; in ſumma, 1. p. cap. 195. nu. 3. Henriquez lib. 13 de excom. cap. 56. nu. 3. Requiritur ergo ſententia declaratiua criminis incurſi , ſuper quod taxata pœna aliam declarationem non admittit.

5 Can

5 Candidus quoque tom.4. disquisit. tract. de ordine. disquisit.4.art.19. & 20. hanc, vt probabiliorem, tenet sententiam; sed in art. 19. num.23. addit quòd quando pœna imponitur ipso iure, vel ipso facto, priuans aliquem bonis, si lex, vel statutum addat, quod nulla requiratur declaratio. tunc reus tenetur illam subire in conscientia ante omnem sententiam declaratoriam criminis commissi. Idem docuit Coriolanus de casibus reseru. par.2. casu 7.num. 41. Contra hos tamen est P.Sanct. Melph. Constit.cap.11.Stat.7. quæst.4. fol. 785. qui pœnas in huiusmodi decretis hoc modo comminatas, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ incurri, nisi præcesserit sententia Iudicis declaratiua delicti, & consequenter non est necessariò petenda dispensatio, vel rehabilitatio, nisi vereatur quis quod culpa, & crimen ad fo-

rum contentiosum deducatur.
6 Decreta huiusmodi siue Pontificia, siue Concilii, siue sac. Congregationis quanquam de iure communi à nullo, nisi ab ipsismet, ea condentibus, declarari liceat, l. fin. C. de legib. Pius IV. in Bulla 73. incip. Benedictus Deus. §. 5. & 6. tom 2. Bullar. Cherub. fol. 105. intelligendum est de interpretatione facta secundùm proprium vniuscuisque sensum, & ex proprio capite, Chassan. ad Consuetudines Burgund. Rub. 2. § in princ. num. 13. Perez in proem. ad leges ordin. q. 2. Cæterùm, secundùm verum sensum, & iuri consonum ea declarare licet, Bart. in l. [omnes populi. q. 6. ℣. tertio loco.] num. 62. ff. de iustit. Valasc. consult. 41. num. 7. Hoc modo Generales Ordinis declarare possunt Constitutiones, Decreta, & Priuilegia Pontificia, ad Religionum spectantia, Iulius II. Constit. 13. apud Peirinus. tom. 1
pri-

Priuil fol. 130. Qui fol. 131. §. 1. ait, Generales, nedùm doctrinaliter & doctoraliter(vt quilibet alius Doctor potest) verùm etiam iuridicè ea interpretari posse. Vnde declarationibus factis à Generalibus super dubia, ex Constitutionibus, Decretis, Indultis, priuilegijs, gratijs, exemptionibus, &c. emergentia, standum est à subditis, pro serenitate conscientiæ.

7 Hinc Leo X. concessit, quòd in rebus dubiis, & scrupulosis, conscientias Fratrum Minorum subditorum tangentibus Generales, & Prouinciales, seu Custodes cum consilio aliquorum Patrum (si res magnæ importantiæ fuerint) possint auctoritate suæ Sanctitatis determinare in scrupulis, & rebus huiusmodi, atquè eorum determinationi subditi secura conscientia stare possunt, & debent. Quam concessionem idem amplians, concessit, quod Fratres

qui ſunt nimis ſcrupuloſi , poſ-
ſint in omnibus dubijs , ſuam
conſcientiam tangentibus , ſe-
cura conſcientia ſtare deter-
minationi ſui Guardiani , vel
cuiuſcunque alterius Prælati ;
quod etiam ad Vicarios (abſen-
tibus eorum Guardianis) ex-
tendit Roderic. tom. 1. quæſt.
Regul. queſt. 11 art. 5 Ex hoc ma
nifeſtè apparet, quàm indecco-
rum, & inconueniens ſit , ad
hos gradus aſſumere Fratres
idiotas , & illiteratos, qui in-
ter bonum, & malum, verum,
& falſum diſcernere nequeunt,
vt colligitur ex Prouerb. 27. ℣.
23. Oſee. 4. ℣. 6. Scor. in 3 diſt.
24. q. 1. lit. D. & diſt. 25. lit. D.
Concil. Trid.

8 Decreta ſacrę Congregat.
Concilij , & Epiſcoporum , &
Regularium eam habent obli-
gandi vim , tàm in foro exte-
riori , quàm interiori , quam
habent Canones , vel leges ,
quos, vel quas ipſa declarant ,
Si autem à legibus iam latis
exor

exorbitent, & ſint ampliationes, diſpenſationes, vel reuocationes legum, nullo modo obligare, putant plures apud Barboſam de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 4. num. 81. 82. 83. pag. 72. & 73. quibus alios addit Melph. Conſt. cap. 2. Stat. 84. fol. 113. Hoc vltimum intellige, ſi ſint lata Summo Pontifice inconſulto, ſi alicuius Cardinalis manu ſubſcripta, & authentico ſigillo munita, ſi non in forma iuridica producta, & authenticè publicata ſint. At his interuenientibus circumſtantiis, huiuſmodi Congreg. Decreta, non tanquam à ſe, ſed veluti à Summo Pontifice, per eam, lata obligant; nam poteſtas condendi leges eſt in primo gradu meri imperii primariò, Bart. in l. imperium, num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. & colligitur ex l. 1. ff. de Conſt. Princ. Sacræ Congregationi Concilii dubietates, & difficultates ex eiuſdem Concilii decretis, &

statutis emergentes interpretandi facultatem impartitur Summ. Pontifex, eo tamen cõsulto. Congregationi autem Regularium concedit tantùm, quod componant differentias inter Regulares, eorum dubitationibus respondeant, &c. vt patet ex Bulla 74. *Sixti V.* apud Cherub. tom. 2.

9 Decretorum autem declarationumquè publicatio quod sit necessaria, patet ex D. Thoma 1. 2. quest. 90. art. 4. Scot. in 4. dist. 3. qu. 4. Suarez de legibus lib. 1. cap. 11. num. 1. apud quem alij. Responsio autem Roder. loco nuper cit. art. 2. quod declarationes legum iam publicatarum, & receptarum, vt obligent, non est necessarium, quòd publicentur, cùm sufficiat, quod ipsæ leges sint publicatæ, vera est, si illæ sint meræ declarationes; non autem, si aliquam nouam inuoluant legem; tunc enim necessaria est publicatio.

10 De

10 Decreto Pauli V. incipit. Romanus Pontifex tom. 3. Bull. Cherub. fol. 210. mandatur, vt Superiores omnes, & prælati quorumcunque Ordinum in causis ad S. Officium spectantibus, sub quouis prætextu, vel quæsito colore non se intromittant; causasque ipsas ad S. Officium spectantes, Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus terminandas committit, Insuper mandat, vt Religiosi omnium Ordinum absque alia consultatione, cum suis Superioribus habenda, omnes dictorum Ordinum professores, de hæresi suspectos, Inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs vicinoribus liberè denunciare possint, & debeant, eosque sui Ordinis Superiores nullo modo impedire, aut retardare audeant, aut aliquid contra supradicta agere presumant, sub pœnis priuationis suorum officiorum, & inhabilitatis ad illa, aliaquè conse

quenda, & aliis ibidem positis, ipso facto incurrendis.

11 Decretum Pii V. emanatũ ad fauorem recurrentium ad Sanctum officium, vt infra quinquennium, à die recursus, ab eorum Superioribus non puniantur, de quouis delicto commisso, non esse in vsu, declarauit sacra Congregatio Sanctę Rom. & vniuersalis Inquisitionis die 29 Octobris 1646.

12 Decretum Clemẽtis VIII. de largitione munerum, eiusquè declaratio ab Vrbano VIII. facta die 16. Octobris 1640. semel in anno, mense Ianuario in aliqua publica Congregatione, vel saltem in mensa, sub pœna priuationis officij, vocisquè actiuæ, & passiuæ, ipso facto incurrenda, perlegendum est.

13 Decretum pro publicatione Constitutionũ, ad Sanctũ Officium spectantium, emanatum anno 1633. legendum est in quocumque Generali, ac Prouin

uinciali Capitulo, Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato Capitulari congressu,& fer.6. post Octauam Assumptionis B. Mariæ Virginis. Tempus autem determinatum pro hac postrema die sac. Congregat. S. Officii alio Decreto edito 11. Febrarii 1638. ad instantiam Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium, extendit per totum residuum mensis Augusti 5. & hanc gratiam omnibus Regularibus suffragari voluit, Peirin tom. 3. Priuil. Regular. fol. 568. Decretum autem hoc habes infra tit. de Capitulis.

14 Tempus legendi Decretũ sac. Congreg. Concilii de celebratione Missarum determinatum pro feria 2 post primam Dominicam Aduentus, & fer. 6. post Octauam Corporis Christi, ad supplicationem Procuratoris Generalis Minorum Obseruantium, sac. Congreg. Regularium alio Decreto edito

to die 26. Nouembris 1637. prorogauit ad alios octo dies, à die præscripto in Constitutione, immediatè subsequentes, prout habetur in Registro Procuratoris Ordinis in Conuẽtu Ara-Cœli Romę.

15 Ad petitionem autem procuratoris Generalis Heremitarum S. Augustini alio Decreto edito die 16. Aprilis 1638. extendit ad terminum vnius mensis, à die, vt supra, præscripta, immediatè subsequentis, Peirinus loco cit.

16 Decretum sac. Congregationis de Apostatis, & Eiectis die 21. Septembris 1624. Vrbani Papæ Octaui iussu editum, necnon, & Clementis Papæ VIII decreta de Reformatione Regularium, & Nouitiorum receptione, in singulis Conuentibus bis saltem in anno in publica mensa perlegenda sunt, grauibus sub pœnis, pontifici reseruatis.

De

De Dispensatione.

1 DIspensare possunt Generales in toto Ordine, & Prouinciales in Prouincia cum suis subditis super irregularitate contracta ex mutilatione membrorum, dummodo crimen sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, ex quo Gregorius XIII. concessit Abbatibus Sancti Bernardi, Societati Iesu, ac Ordini Minorum, quoad forum conscientiæ, eandem auctoritatem, quam Episcopis concesserat Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. Miranda tom. 2. Manual qu. 8. art. 11. Roder. tom. 1. q. Regul. q. 34. art. 10. Liamas 1. p. meth. cap. 12. §. 25. Peirinus tom. 1. priuil. Regul. fol. 97. num. 117. qui num. 118. infert, hos posse dispensare cum subditis habentibus membrum abscissum, etiam manifestum, & sua culpa, vt si careat oculo dextro,

vel digito, qui tamen non sit pollex.

2 Pro intelligentia huius facultatis dispensandi super hac irregularitate, nota, quòd mutilatio membrorum est diminutio membri totalis, quod sit pars corporis, habens officium separatum, & distinctum ab alijs partibus, vt brachium, manus, pes, oculus. Et ita, quando vnus alteri aliquod mẽbrum debilitat, non incurrit irregularitatem. Et sic ille, qui deformauit faciem alicuius hominis, vel oculos illius læsit, vel abscidit digitum, qui tamen non sit pollex, non fit irregularis. Sic in terminis, & casu Roderic. & Peirinus locis cit. & alii apud ipsos.

3 Dispensare possunt Prælati Mendicantes cum suis subditis super homicidio omninò occulto etiam voluntario. Homicidium occultum dupliciter considerari potest: primo modo, quod nullo modo potest

test in iudicio probari , neque in notitiam hominis venire , nisi ex propria occisoris confessione . Secundo modo dicitur homicidium occultum, quod licèt ad forum contentiosum deductum non sit, potest tamen accusari, & deduci . In primo casu dispensari potest , Roder. ibi art 11. vbi Concilio Trid. & aliis in oppositum respondet, quem vide etiam in art. 12. & 13.

4 Dispensare possunt cum suis subditis super irregularitate hac ex membrorum mutilatione , vel occisione alicuius Clerici sæcularis , vel Religiosi alterius Religionis , non obstante cap. cum illorum. de sent. excom. & cap. Religioso. eodem tit. in 6. Peirinus num. 119. Generalis tamen non poterit dispensare cum Religioso alterius Religionis . Rodericus ibi art. 14, At quod Prouinciales cum Fratribus eiusdem Ordinis, sed alterius Prouinciæ , &

Guardiani cum Fratribus alterius Conuentus dispensare non possint, in casu, quo per Constitutiones Generales. Vallisol. 1593. & Salam. cap. 3. fol. 70. & 71. Rom. cap. 3. §. & Reform. 1643. cap. 8. num. 67. Fratres forenses dictis Prælatis subditi declarantur, vt tenet Roderic. cit. art. 14. minimè verum censeo: nam si secundum eum ibi dicti Prælati possunt illis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis præcipere, illosque punire, & castigare, si deliquerint, poterunt etiam eis huiusmodi dispensationis beneficium impartiri; qui enim in vno grauatur, in alio releuari debet, l. cum qui, ff. de iure iur. & C. de non numer. peccun. & qui sentit incommodum, debet & commodum sentire, Instit. de contrahen. empt. §. fin. in fin. & C. de furtis. l. fin. §. sed cum in secundam. in fin.

5 Et quia Zerola in Praxi

Epis-

Episcop.part.2.ver.dispensatio. ℣. tertiò resoluit. Episcopum posse dispensare, vt Presbyter homicida volontarius, qui antea habebat beneficium curatum, illud possit retinere in futurum; & similiter cum Canonico homicida, vt possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonicat. Barb in Concil. Trid. sess. 14. de reformat. cap.7. idem dicas de Superioribus Regularibus, quò ad suos subditos homicidas in ordine ad dignitates, quas de facto habent, & ad alios in ordine habendas, dummodo homicidium non sit ex proposito, sed casu, vel vi vim repellendo, quis se à morte defenderet, fuisse commissum, narretur, Trid. loco cit. sed vide Sayr. de Censur. lib.6 cap.7. num.22. & Roder. ibi art.13.

6 Dispensare possunt Prælati Regulares, & eorum vicemgerentes cum Fratribus sibi cōmissis, necnon cum Fratribus

sui

ſui Ordinis, adeos declinantibus vndecunque, in irregularitate, quam contraxerunt, antequam, vel poſtquam Ordinem intrauerunt, ex eo quod excommunicati, vel ſuſpenſi, vel interdicti celebrarunt, aut in locis interdictis ſuppoſitis diuina officia celebrauerint, vel ſi ſic ligati Ordines ſuſceperunt Clem. PP. IV. Roder. cit. art. 14.

7 Diſpenſare poſſunt Prælati Regulares, & rehabilitare, in priuatione officiorum ob aliqua delicta, propter quæ Conſtitutionibus Apoſtolicis ſunt priuati officiis ipſo facto, & inhabiles ad alia futura, etiã in foro exteriori, Roder. ibi art. 17. Peirinus tom. 1. priuil. Regular. fol. 117. num. 23. 24. & 25 De hac diſpenſationis materia vide ſupra tit. de Abbatiſs. num. 3. Sanctor. Comment cap. 2, Statut. 14 § 5. à fol. 130. ad 142. & Peirin. to. 3. priuil. fol. 421. nu. 31. & 32.

8 Ante, vel poſt ſuſceptum

ha

habitum possunt dispensari Nouitii isuper quacunque irregularitate, & absolui à quacunque censura in sęculo contracta, exceptis publicis homicidijs, & mutilatione membrorum, Sixtus IV. in Mari mag. omnesque ordin Constit.

9 Confessores idonei, & iuxtà formã Concilij Trid. approbati ex commissione Prouincialis in foro conscientiæ dispensare possunt, ad petendum debitum post contractum matrimonium cum coniugibus incestuosis in primo, & secundo gradu. Miran. in Manual Pręlat. tom. 1. qu. 47. art. 1. Roder. tom. 1. quæst. Regul. quæ. 63. art. 1. & alii multi apud Locer. Regular. ℣. dispensatio, num. 5.

10 Dispensare ijdem sic approbati, & ad hoc à Prouinciali deputati possunt, ad petendum debitum cum coniugibus, qui ante contractum matrimonium, simplex castitatis votum emiserunt, Pius V. die 28. Octobris

bris 1569. in compend. Societ. Iesu, tit. dispensatio. §. 10. Quod Fratribus Minoribus est concessum, vera Crux in Specul. coniugat. art. 5. de simplici voto, Palacius in 4. disp, 2, pag. 712. Secùs verò, si post contractum matrimonium huiusmodi emiserint votum, Rodericus ibidem art, 2.

11 Iidem Confessores nedùm commutare possunt omnia vota, exceptis vltramarinis, & Petri, & Pauli de Vrbe, S. Iacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis, ex Paulo III. in Compend. Societ. tit commut. §. 1. etiam si illa vota sint iurata, dummodo in preiudicium tertij non sint, Greg. XIII. apud Roder. ibi art. 4. & 5. Sed etiam ex concessione Martini V. dispensare possunt in votis Episcopo reseruatis à iure communi. Roder. ibi art. 3. & 6.

12 Vouens ieiunare sub pœna, quod non ieiunando, perpetuò castitatem seruabit, ante-

tequàm ieiunij votum transgrediatur, poteſt à Mendicantium Confeſſarijs ſuper hoc ieiunij votum diſpenſari, & conſequenter erit (indirectè quidem) ſuper caſtitatis voto diſpenſatus : nam conceſſa diſpenſatione principalis voti ieiunandi , indirectè conceditur, & acceſsoria diſpenſatio voti caſtitatis, 8.diſt. quo iure &16. q.1.ſi Monachus, ff.de iure om. iud.l 2. Non autem diſpenſari poterit ſuper caſtitatis votum,ſi ante diſpenſationem, ieiunij votum tranſgrediatur. Roder. ibi art.7.

13 Diſpenſandi facultas,quę ſiue in Prælatis Ordinis , ſiue in Confeſsarijs, ex peculiari priuilegio reperitur,defuncto Summo Pontifice , non expirat , ſi talis facultas nomine dignitatis conceſsa eſt . ſecùs verò , ſi nomine perſonæ concedatur , dicendo videlicet ; concedimus hoc ad noſtrum beneplacitum , Vide Roder.cit.to.1.q.9. art.1.

De

De Electione, & Electoribus in Capitulis, & Cōgregationibus.

1 CAuenda est omnis simoniaca electio; quia hæc electionem nullam reddit, cap. si alicuius, de elect. & cap. Sanctorum Patrum, 1. qu. 1. Simoniaca autem non est praxis illa, quæ seruatur in Capitulis Regularium, in quibus diuersæ fiunt electiones, vbi conueniunt electores in electionis tractatu de aliquo eligendo in Generalem, v.g. vel Prouincialem, vt deinde tales eligantur in Collegas, Assistentes, Diffinitores, & huiusmodi: nam eligendus non promittit aliquid, quod à sua libera potestate pendeat, quod solum prohibere videtur cap. De hoc, de simonia. Quantumuis enim hoc eligendus promiserit, adhuc Electoribus liberum est illum, vel illos eligere, vel non

eli

eligere, & eligendus in illis electionibus solum habet votum suum; vnde ista praxis, videtur potiùs quædam conuenientia, seu concordatio electionum faciendarum, ad terminandum electionis tractatum, quàm realis aliqua promissio: vnde tractatus necessarius est, vt in eo conueniant electores, & quilibet dicat, quid sibi videtur, vt ait Glos. in cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælatis, &c. ℣. tractatu. Peirin. tom. 3. Priuil. Regul. fol. 444. num. 7.

2 Hinc in Generalibus Constitutionibus Prouinciarum Reformatarum 1643. cap. 8. num. 47. cauetur, quod antè quàm in Diffinitorium ingrediatur, Patres inter se discurrant super eligendorum merita, & qualitate; & super omnia inuigilent, ac premant super iustitiam distributiuam, vt pax conseruetur, sine qua ad electionem deueniri non debet:

bet: in hoc enim tractatu fit collatio meriti ad merita nominatorum, [cap. in Genesi, & cap. Gumana, de elect.] Et quia in eo statu non sumus, de quo absolutè, & simpliciter verificetur, quod dicitur in cap. iure. dist. 8. & cap. delectissimis, 12. q. 1. sed in eo, in quo dici potest: [Ego quidem sum Pauli; ego autem Apollo; ego verò Cephæ 1. Cor. 1. ℣. 12.] Omninò necessarij sunt hi tractatus, ad pacificè conuiuendum, & non quilibet fiat Nembroth, qui Gen. 10. erat robustus venator coram Domino, idest, hominum appræhensor, vt probat Scotus in 4. dist. 15. q. 2. art. 1.

3 Primaria ergo ratio huius præuij tractatus est, vt Patres inter se discurrant super eligendorum merita, & qualitates, quia ignotum eligere, est contra electionis naturam, [l. congruit, ff. de off. Præsid. l. si quis hoc genus, C. de Episc. & Cler.] ne ignorantia à peccato

mor-

mortali excuset eligentes indignum, [c. ignorantia, de reg. iur. in 6.] & electio nulla reddatur.

4 Et quia sac. Concil. Trid. de Reform. sess. 24. cap. 1. monet, vt in primis electores meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum (& Regularium) salutem vtilius posse facere, quàm si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernandæ (siue Religiosis regendis) idoneos promoueri studeant; eosquè alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ (aut Religioni) magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint; & propterea Clem. VIII. ex Decreto de Electis, & Apost. de mandato Vrbani VIII. per sacram Congr. Concil. approbato, renouato,

Ele-

Electores tenentur iurare secundum cuiuscumque conscientiæ veritatem, probiores, ac magis idoneos se electuros.

5 Ex his, & ex eodem Concil. ibi cap. 18. fit, quod eligentes mortaliter peccent, quando alter dignus eligitur, prætermisso digniore, Sot. lib. 3. de iust. quest. 6. art. 2. Couar. in regul. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4. Petrus Nauar. lib. 2. de restit. cap 2. num. 120. Ricc. in Collect. par. 4. decis. 931. quanquam electio hæc non esset nulla, cap. cum nobis. de elect. Lucerna Regular. tit. electores. num. 11.

6 Hoc etiam, & non quod à pluribus existimatur, & innuitur in fin. num. 2. vult cit. Constitutio iustitiam distributiuam, & in distribuendis honoribus æqualitatem (quæ secundùm Platonem amicitiæ, & pacis est causa) commendans. Non enim æqualitatem accipit, vt æqualia omnibus omnia,

nia, ideſt, doctis, & indoctis, iunioribus, & ſenioribus, ſtultis, & ſapientibus, robuſtis, ac debilibus reddenda ſint. ſed vnicuique pro dignitate ſua distribuantur, quod quidem iuſtitiæ munus eſt, quam Ariſtoteles 5. & 6. Ethic. cap. 2. & 3. communium bonorum diſtributiuam vocat, ea eſt, qua honoris præmia, & pœnæ ſecundum æqualitatem proportionum, honoris, præmiorum, dignitatis, & meritorum, pœnæ item, & delictorum diſtribuuntur, alioquin inæqualibus æqualia erunt inæqualia, vt idem Plato ait. Et vt ſummum ius in ſummam iniuriam vertitur; ita ſumma æqualitas ſumma fit inæqualitas. Roder tom. 2. quæſt. Regul. q. 53 art. 2.

7 Ex hoc iuſtitiæ fonte emanant leges, [l. hono, ff. de honoribus. l. vt gradatim, ff. de muneribus, & honoribus. l. cum qui, C. de Decur.] quibus ſancitur, in deferendis honoribus, & eli-

gendis ad dignitates , ordinem adhibendum esse , & rationem dignitatis personarum habendam, vt scilicet non alij , quàm digni eligantur , & inter plures ij, qui sunt digniores . Roder. ibid. Qui secùs dixerint , dicunt; pax, pax, & non est pax.

8 Electio debet esse libera, non coarctata; quia si quis (scilicet electionis Præsidens) sine speciali facultate Apostolica electiones , aut electores coarctauerit quoquomodo , quo minus liberæ sint, aut liberè agant, officio eo ipso priuatus existat Pius V. Const. 128. incip. Pastoralis officij. §. 3. apud Cherub tom. 2. fol. 340. & Const. Vallisolet. 1593. cap. 8. fol 161. & Rom. 1642. cap. 8. §. 4. num. 13. quia si electio coarctata fuerit, erit irrita, & nulla : tunc autem dicitur electio coarctata, & cōtra sacros Canones , quando restringitur ad tres , aut quatuor personas particulares , sed non est talis , quando restrin-

gi

gitur ad certum genus perso-narum, vt ad Prædicatores, Con-fessores, vel Fratres, in officijs exercitatos, vel Nationis, Nauar. consſ. 7. de constit. Miran. tom. 2. q. 23. art. 22. Rodericus tom. 2. quæst Regul. q. 52. art. 11. Hieron Roder. resolut. 58. n. 10. Portel ꝟ. electio, nu. 4. Melph. cap 8. stat. 14 fol. 573. Spinat cito de Commissariis Visitatoribus, in fin.

9 Et quia quęcunque lex re-spicit bonum commune, ex Sco-to in 1 dist. 44 & in 4. dist 15. q. 2. art. 1 super latam legem tunc rationabiliter dispensa-tur in casu particulari, quando maius bonum prouenit ex re-uocatione, quàm ex obligatio-ne, seu obseruatione, Scot. in 4. dist. 33. q. 1. art. 2. Hinc quia (quoad electionem, & perso-nas eligendas) in nostris Con-stitutionibus plures leges con-ditæ sunt, dispensatio super eas non debet fieri, nisi in commune bonum cedat; nam quantum pe

riculum inde confletur, vnde legum dispensatio alijs priuatis respectibus, & silendis causis fieri cœperit locus, in quo Ecclesia Dei iacet, apertissimo documento est,] vt dicit Sotus lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. & Roder. cit. q. 52. art. 14.

10 Nemo deinceps ad dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem 25. ętatis suæ annum attigerit, & in Clericali ordine versatus, doctrina, ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, iuxtà Constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit; [cùm in cunctis, de elect.] Sic Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat. quod innuerat sess. 22. cap. 2.

11 Graue enim nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiarum (adde & Religionum) Prælati, cùm possint viros idoneos

neos ad Ecclesiastica beneficia (vel Religionis honores) promouere, assumere non verentur indignos, quibus non morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, cap. graue nimis, de præben. & dignit.

12 Ex his, & Concil. Triden. sess. 22. cap. 4. infertur, quòd Electores Prælatorum, seu Superiorum Religionis debent esse professi, saltem tacitè, & Clerici in sacris constituti, [cap. ex eo. §. in Ecclesijs, & cap. indẽnitatibus, de elect. in 6. Clem. vt iis, de ætate, & qualit.] & alii apud Lucerna Regular. ℣. electores, num. 1. & 2. Super hoc videndus est præcipuè Lezana tom. 1. quæst. Regul. cap. 15. nu. 3. cap, 18. num. 5. & tom. 2. cap. 8. num. 18. & 19. & obseruandum cap. miramur dist. 61.

13 Nec obstat Clem. VII. Constitut. 35. §. 9. vbi absolutè de Discretis loquitur, quod intelligi debet conformiter ad sacros Canones. Patet ex Gre-

gorio XIII. Constit. 55. §. 17. vbi prædictas Clementis literas confirmat, quatenus prædictis non aduersantur. Nec obstat, quod Discreti non sunt Prælati, quibus animarum cura subsit; quia cùm nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm habet, ff. de reg. iuris. l. nemo plus. Cùm animarum cura his incompetens sit, nec alteri per electionem committere, iustum erit.

14 Non obuiat quarundam Religionum consuetudo; quia [consuetudinē, corruptelā (cùm sacris sit inimica Canonibus) meritò reputans, auctoritas Apostolica reprobat. cap. consuetudinem.] de consuetudine in 6. Minùs obuiant harum Religionum Constitutiones, vel Statuta; quia non potest in Religionibus fieri Statutum contra id, quod in iure communi determinatur. Roderic. tom. 1. quæst. Regul. q. 15. art. 2. Et Greg. XIII. Const. cit. §. 12.

fa-

facultatem faciens Superioribus Ordinis condendi ſtatuta, ſubdit; [dummodo contra Deũ, animam, ac Regulam, & Decreta Concilij Tridentini non ſint.] Igitur &c Pro hoc vide Rodertom eodem q.69 art. vlt.

De Epiſcopis.

1 EPiſcopi non debent approbare in Confeſſarios, niſi priùs exponantur eorum Prælato, & ab eo approbentur, Leo X. in Conſtit. incip. Dum intra mentis. Pius V. in Conſtit. incip. Romani Pontificis. 1571. Enriq. in ſumma lib. 5. de Pœnit. cap. 6. 9. 6.

2 Epiſcopi in vim Bullæ Gregorij XV. de Priuil. Exemptor, nequeunt Regularibus præſcribere, vt certis tantum locis, aut temporibus, aut certarum perſonarum confeſſionis audiant, vel aliàs illorum priuilegia, in Sacramentis admini-

ſtrandis, reſtringere, ac moderari. ſac. Congr. Cõcil. in declarat. dictæ Bullæ ad 2. anno 1623. ſac. Congreg. Card. Epiſc. & Regul. in vna Vrbanien. 7. Nouembris 1642.

3 [Sac. Congreg. Cardinalium negotiis Regularium præpoſita, in hærens declarationibus aliàs deſuper editis, cẽſuit, Regulares prædictos, à locorum Ordinariis ad audiendas perſonarum ſæcularium Confeſſiones approbatos, non poſse ab eiſdẽ Ordinariis prohiberi, ne earundem perſonarum ægrotãtium in propriis illarum domibus cõfeſſiones audire poſſint, abſque licentia Parochorum, dummodo relinquant ſchedulam, vel notificent ipſis Parochis, quòd Pœnitentia Sacramentum huiuſmodi fuerit ab eis miniſtratum. Romæ die 13. menſis Septembris 1641.
Fr. Antonius Card. S. Honuphrii] qui idem dixerat in vna Sarzanen. die 30. Martii 1640.

4 Epiſcopus cùm ſupra Regu

gulares nullam iurisdictionem regulariter habeat, nequit eis intimare facere sub censurarum pœnis, vt sac. Congregationis Decreta obseruent circa Processiones, ac Sanctiss. Sacramenti expositionem, nisi particulariũ Processionum occasione, ad quam intimati Regulares sub illis censuris, si interuenire, ac obedire noluerint, illos punire non valet: verumtamen hoc casu eandem sacram Congregationem de hoc certiorem reddere debet, eadem sac. Congreg. in vna Vercellen. 20. Maij. 1616.

5 Episcopi nequeunt Conuentus Regularibus adimere, ob aliquod quantuncunque enormissimum delictum à particulari Fratre perpetratum, à quo minimè patitur, vt Religio tota dannificata remaneat. S. Congreg. Regul. in vna Fulginaten. 25. Martij 1615. & in literis Pauli V. sub die 4. Aprilis eiusdem anni, prout in

Regiſtr Heremitarum S. Augu-ſtini fol. 38.

6 Epiſcopi nequeunt dare licentias Regularibus prædicandi in Eccleſijs ſuorum Ordinum; ſed ſufficit, vt Regulares ab eis benedictionem petant; ſecùs verò in Eccleſijs non ſui Ordinis, ex Concil. Trid. de reform. ſeſſ. 5. cap. 2. Campanil. in diuerſ. iur. Canon. Rub. 12. cap. 13. à num. 6. Riccius in Praxi fori Eccleſ. reſolut. 290. par. 2. Barboſa ad cit. loc. Concil. Quòd ſi Concionatoribus perſonaliter coram Epiſcopo præſentatis, & benedictionem petentibus eam denegauerint, adhuc liberè in propria Eccleſia prædicare poterunt, Riccius, & Barb. loc. cit. Reginal. in Praxi lib. 18. nu. 123.

7 Sac. Congr. Concil. Trid. cenſuit, Fratres Ordinum Mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quominùs poſſint per ſeipſos in Diœceſibus, vbi habent Conuen-

uentus, eleemosynas quærere; sed tantùm si extrà loca, vbi Monasteria existant, quęritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere Dat. ann. 1621. Peirinus tom. 3. priuil. Regular. fol 415. num. 41. Piase in Praxi Episc. cap. 3. num. 47. part. 2. Sellius in Select. Canon. cap. 16. num. 8. Hinc fit, quod illos Fratres, qui ex proprio Instituto quæstuare tenentur, nequeunt Episcopi cogere, vt à se licentiam impetrent, ad quæstuandum, sac. Congregat. Card. in vna Papien. 4. Septembris 1584.

8 Episcopi vigore cuiusuis Decreti Concil. Trid. nullam habent auctoritatem in Ecclesijs Regularium, curam animarum non habentium, visitandi Sacristias, Paramenta, Vasa sacra, Altaria, & cætera huiusmodi; aut etiam Tabernaculum, seu Pyxidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacra-

mentum asseruatur, sac. Congreg. Card. apud Quarant. in Sum. Bullar. [℣. Priuilegia Regularium.] Roder. in Bull. in Clem. VIII. in princ. & tom. 1. q.q. Regul. q. 36. art. 4. etiam sub ratione prætensæ, vel potiùs vsurpatæ possessionis, sac. Congr. Concil. in vna Ianuen. vel Genuen. 26. Ianuarii 1619. Peirinus tom. 1. Priuil. fol. 22. num. 18. Quòd si Episcopi dicant, se specialem super Regulares facultatem à Papa habere, tenentur priùs ostendere literas suæ commissionis, & posteà visitare. Si autem eas nolint ostendere, & de facto procedant, de facto eis resistendum est, [l. 1. §. & hoc edictum, ff. si mulier ventris nomine.] Peirinus tom. 3. fol. 408. num. 6.

9 Episcopi nec per se, nec per alios ad Religiosorum (etiam Nouitiorum) capturam procedere possunt; quod si procedant, in excommunicationem incidunt ex cap. Suadente

re Diabolo,17. q. 4. dummodo Nouitius aliquo delicto commisso in sæculo, in fraudem, Religionem præsumatur intrasse, Henriq. lib.7. de indulg. cap. 25. num.7. Peirin. tom.1. fol.28. num.62.

10 Si autem Regularis extrà Claustra notoriè, & scandalosè deliquerit, debent locorum Episcopi scribere illius Superioribus, illis terminum præfigendo, ad eos puniendos. Quòd si huiuscemodi delinquentis fuga timeretur, possent Episcopi delinquentem capere, & infra 20. horas suis Superioribus præsentare. Peirinus num.63. & 64. Hinc sac. Congr. Concil. die 27. Martij 1640. ad Episcopum Potentiæ cuiusdam Religiosi carcerationem etiam in proprio Conuentu exorbitantem, & violentam dicit, Similiter, & sac. Congreg. Regul. in vna Cotronen. die 7. Martij 1641. dixit, & ambæ sacræ Congregationes

sta-

ſtatim excarcerari mandarunt.

11 Poterit tamen Epiſcopus, ſtatim habita cognitione delicti Regularis notoriè extrà Clauſtra delinquentis, informationem capere, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam presumere, S. Congr. Concil. die 19. Septemb. 1625. Barb. in Collect. ad cap. vlt. de ſtat. Monach. num. 8. Hieron. Roder. reſol. 62. ſub nu. 8. tamen illius informationis virtute delinquens puniri non debet, Diana par. 3. tract. 2. de dub. Regul. reſol. 132.

12 Si autem Epiſcopus aliquem notoriè, & ſcandaloſè extrà Clauſtrum delinquentem incarceratum mandauerit carceribus vexari, & contra eum (ſi velit) informationem capere diſtulerit, excommunicationem non euitabit, per Glol. & Abb. in Clem. frequens, in verſ. capiunt de exceſſibus præ-

Prælatorum Genuens. in Praxi Curiæ Archiep. Neap. sac. Congreg. Conc. 19. Septemb. 1625. loco nuper cit.

13 Episcopo instante, & pluries petente, vt Superior Regularis puniat suum subditum extrà Claustrum vt sup. delinquentem intrà tempus ab eodem Episcopo præfigendum; Superior autem illum impunitum ad alia loca extrà eam Diœcesim transmiserit, pœnam priuationis officiorum, ac inhabilitatis Pontifici reseruatę ad alia imposterum obtinenda, incurrit. Sub eisdem pœnis tenetur (similiter pluries instante Episcopo, & intra Præfixum ab eo tempus) delinquentem à loco, ad quem transmiserat, reuocare, & in loco, in quo deliquerat, constituere, alioquin Ordinarius loci, ad quem transmissus fuerit, instante Episcopo loci, in quo deliquerat, in delinquentem animaduertere poterit. Clemen

mentis VIII. Conſt. 39. incip. Suſcepti muneris §.3.apud Cherubinum tom.3. Bull.fol. 53.

14 Prædicta Conſtitutio habet locum, quando Superiori delinquentem ex induſtria ad alia loca impunitum tranſmittit; ſecùs verò quando eum transmittit, non vt impunitus remaneat, ſed quia bono regimini ita conuenit, cùm in loco delicti minimè, poſſit puniri, propter aliquod ſcandalum ex eius punitione in tali loco vitandum, Roder. tom. 2.q.q. Regul.q.2.art.6. Peirinus to.1. Priuil.fol 30.num. 69.

15 Epiſcopi licèt viſitare poſſint Confraternitates, etiam in Regularium Eccleſijs erectas, ex cap.8.ſeſs.22. Concil. Trid. de reform. nequeunt tamen Altaria, ſeu Cappellas in dictis Eccleſiij etiam per Sæculares, vel ſæcularium Confraternitates extructas viſitare, ſac. Congreg Regul. in vna Papien. 28. Auguſti 1615. in Terracin. 22.

Ianuarii 1616. in alia Corto-
nen. 11. Ianuarij 1641. Spinat.
tit. de Altaribus, in fin. Nam
facultas Episcopis attributa vi
sitandi Confraternitates, est,
ne ob negligentiam, & dilapi-
dationem bonorum, vtcunque
testatoris mens fraudetur, D.
Marta de Iurisd. part. 2. cap. 18.
num. 5. & vt Confratres ad red-
dendum computa compellere
valeant, Gratian. decis. 188. &
alii apud Barb. ad cit. locum
Concil.

16 Episcopi nequeunt com-
pellere huiusmodi Confratres,
vt ad publicas processiones ac-
cedant; pluries decisum fuisse
à sacra Congreg. Concil. dictum
fuit in vna ad Episcopum Sca-
lensem 6. Maii 1597. & refert
Stephanus Quaranta in summ.
Bull. ver. Præcedentia, fol. 398.

17 Licèt in sess. 25. cap. 12.
Concil. Trid. caueatur, quòd
censuræ, & Interdicta Ecclesia-
stica, etiam à locorum Ordina-
riis promulgata, mandante Epi-
sco

ſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicari debeant; tamen ſi tempore celebrationis alicuius ex feſtis Sanctorum Ordinum eorundem, & alijs feſtiuitatibus, iuxtà eorundem Ordinum priuilegia Apoſtolica, Interdictum huiuſmodi emanauerit, illud in præfatis Feſtiuitatibus, & earum Octauis ſuſpendimus, dicit Pius V. in Conſt.41.incip.Et ſi Mendicantium.num.4. in fin. Quod Toleti in Conuentu S. Petri Martyris obſeruatum refert Bobadilla in Enchirid. Inſuper Rodericus tom.2.q.q. Regular. q.102, art. 1. contra Nauarrum probat, per dictum Concilij caput non eſſe ſublata Regularibus priuilegia circa Interdicti Suſpenſionem conceſſa.

18. Epiſcopi nequeunt ſuſpendere omnes ſimul Confeſſores vnius Conuentus, ſac. Congreg.Card. Regul. die 20. Nouemb.1615. in Terlicien. die 4. Maii 1640. in altera Ciuit. Pleban.

ban. 13. Septembris 1641. & in altera Carinulen. die 28. eiusdem mensis, & anni, prout in Archiu. Procurator. Ordinis Ara Cœli.

19 Episcopi possunt Monialibus subiectis Regularibus, in casu negligentiæ, dare Confessarium extraordinarium eiusdem Ordinis; & ex causa, alterius Ordinis, & etiam sæcularem, sac. Congreg. Concil. in Camoracen. 20. Decemb. 1631. Barb. in Collect. v. Monialis, nu. 32. Spinat. tit. de Abbatiss. & Monial.

20 Prohibere possunt eisdem Monialibus (etiam Regularibus subiectis) ne in baccanalibus, vel aliis temporibus recreationis vtantur habitu virorum, aut cuiusuis speciei armis se cingant, sac. Congreg. in Ferrar. 27. Aprilis 1604. Barbosa ibi num. 17. Spinat. loco cit.

21 Earundem Monialium Clausuram possunt visitare,

sac.

ſac. Congr. die 22. Aprilis 1617. Si Clauſura obſeruetur, perquirere, eadem ſac. Congreg. Lucerna Regular. ℣. Clauſura, num 4. Nec à Regularibus impediri poſſunt, ſac. Congreg. Concil. 28. Aprilis 1594. & 17. Iulii 1597. & circa Clauſuræ obſeruantiam, & cuſtodiam excommunicationis pœnam imponere poteſt. Eadem ſac. Congreg. in Viterbien. 26. Iunii, 1626. Eccleſiam autem exteriorem Monialium viſitare nequeunt. Ita deciſum fuit contra Epiſcopum Albeganen. à ſac. Congreg. Regul. die 24. Aprilis 1637. prout in Archiu. Procur Reform. fol. 36.

22 Epiſcopi poſſunt compellere Superiores Regulares, ne Nouitiæ Monaſterium ingreſſuræ Religionis habitum dent, niſi ipſo certiorato, ſac. Congreg. Concil. in vna Liman. die 19. Septembris 1625. quæ & in vna Burgen. die 4 Decembris 1627. declarauit, licere

Epi-

piſcopis prohibere ſub Ec-
eſiaſticis cenſuris , ne Puellæ
l profeſſionem admittantur ,
ſi ab ipſo facto voluntatis ex-
oratione . Propter hoc Mo-
aſterii Præfacta ſub ſuſpen-
onis pœna ab officio de Puella
ofeſſura tenetur certiorem
cere Epiſcopum ante menſem,
oncil. Trid. ſeſs. 25. cap.
. De Regular. at poſtquàm
piſcopus ſic certior factus , ſi
fra 25. dies explorationem
anc non perfecerit , ampliùs
ea ſe non intromittat , ſac.
ongr. Concil. Marcill. & Gal
mart. ad cit. loc. Conc. num. 9.
on tamen licet Epiſcopo , ad
iuiuſmodi explorationem fa-
endam , Monaſterij ſepta in-
edi.

e Euchariſtiæ admini-ſtratione.

SAcra Congreg. Concil. die 29. Maii 1600. cen-ſuit,

ſuit , non ſatisfacere Eccleſiæ præcepto eum , qui Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ ſuſcipit ante, vel poſt diem Paſchatis à non proprio Parocho, (ſine expreſſa illius licentia) ſed à Regularibus habentibus à Sede Apoſtolica priuilegium de miniſtrando hoc Sacramentum , præterquam in Paſchatis .

2 Regulares tamen poſſunt illud miniſtrare , vigore Priuilegiorum Vagis, Aduenis , & Peregrinis, ad implendum Eccleſię præceptum, Lucerna Regul. tit. Euchariſtia, num.4. Poſſunt item illud miniſtrare ſeruis , & domeſticis , intra Monaſteria degentibus, in morte , & in Paſchate, vt à Nicolao V. & Iulio III. fuiſse conceſsum, patet in Compend. Minor. ver. Euchariſtia, §.2. & 6. Diana reſolut. moral. par. 3. tract.2. de dub. regul. reſolut. 12. vbi idem enunciat, reſpectu famuli coniugati , qui nocte dormit extrà

trà Conuentum ; sed casu tempore mortis in eo reperitur.

3 Licèt ad satisfaciendum Ecclesiæ præcepto nequeat à Regularibus in Paschate Eucharistia ministrari ; limita, si volens ab eis recipere in Paschate, non impleuit pręceptum in die Iouis Sancti ; aut si intra illos octo dies illud implere nolit. Villalob. in summ. tract. 7. difficul. 47 num. 4. Coninch. de Sacram. par. 3. q. art. 3. num. 31.

4 Vt dicebamus in tit. de Altaribus, ex priuilegio à Sixto IV & Alexandro VI. nobis concesso, in priuatis (etiam sæcularium) Oratorijs liberè, & licitè celebrare possumus: at vigore Conc lii Trid. sess. 22. de obseru. in celebr. Miss videtur, posse Episcopos prohibere, ne nos in eis celebremus: cœterùm quia Gregorius XIII. concessit, quod, non obstante Concilio Trid. in hac parte, Patres Iesuitę celebrare valeant

in

in dictis priuatis Oratorijs, & alibi etiam, causa necessitatis, sublata videtur Episcopis præfata prohibendi facultas, tali priuilegio fruentibus, vel communicantibus. Insuper cùm prædictum prçuilegium nobis concessum sublatum non sit per Concilium, vt probat Roder. tom. 1. q. q. Regul. q. 45. art. 5. ne in priuatis Oratorijs celebremus, vigore Concilii nequiēt prohibere Episcopi, qui contra Pontificia priuilegia, Regularibus concessa, facultatem non habent.

5 Quando autem Episcopi hoc modo celebrare prohibere possent; non obstante eorum prohibitione, poterunt nihilominus inpriuatorum ædium Oratorijs Eucharistiam sæcularibus ministrare, ex concess. Pauli IV. an. 1557. & aliorum Pontificum, Portell. in respons. moral. par. 3. casu. 39. Diana resolut. moral. par. 4. tract. 4. miscell. resolut. 14. Nec pro

Epi-

Episcopis facit facultas prohibendi celebrare in Oratoriis (vt innuere videtur Lucerna Regul. loco citato num. 10.) tum quia illa est lex priuatiua, & consequenter odiosa, Roder. tom. 1. q. Reg q. 11. art. 5. reg. 6. circa med. & propterea restringenda, l. cùm quidam, ff. de lib. & posthum. tum quia celebrare, & Eucharistiam ministrare, sunt diuersa, à diuersis factibilia, à diuersis autem non fit illatio, l. Papinianus, § exu. ff. de minor. Ruin. consil. 174. n. 4. lib. 1. Rota decis. 278. num. 28. par. 6. recent.

De expulsione Regularium à Religione.

1 EXpelli nequeunt à Religione, si Regulares incorrigibiles non sint, & seruato decreto Vrbani VIII. de Apostatis, & Eiectis, datum sub die 21. Septembris 1624. Quod,

(quoad illos sex Patres eligendos in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, de quorum solùm consilio, & assensu eiiciendi sunt incorrigibiles) limitatum fuit à sac. Congr. & concessum, vt Generalis in qualibet Prouincia, in qua id opus fuerit, sex ex illius Diffinitoribus sibi assumere potest, de quorum consilio, & assensu incorrigibiles eiicere poterit. Peirinus to. 2. Priuil. Regul. fol. 393. §. 4. num. 1. Lucerna Regul. ℣ eiicere, nu. 3. Lezana in sum. quęst. Regul. cap. 23. n. 5 vbi ait, consonare Decretum Capituli Generalis eius Ordinis in anno 1625. Romæ celebrati, vbi facultas Generali committitur, eligendi sex Patres, sibi benè visos, ad hunc effectū, vt habetur par. 4. Const cap 20. §. 14.

2 Leo X. in Constit. incip. Cùm sicut. de anno 1516. die 15. Martii Minoritis concessit, vt expellere possint à Religione eos,

eos, qui diffamati scandalosis delictis, & moniti, in professione, ea tacuerunt. Hinc in Constit. nostri Ordinis Vallisolet. 1565. & 1593. Rom. 1642. cap. 2. §. 2 num. 7. & Reform. 1643. cap. 2. num 27. protestationem super hoc faciendam, indicitur, ac in libro registrandam, cum subscriptione Superioris, Discretorum, & Profitentis.

3 Singulis etiam protestentur, quòd si lepra, morbo gallico, aut alia contagiosa infirmitate laborauerint, & antè receptionem, illud ipsum tacuerint, eorum receptio, & professio nulla censeatur, Salmant. Const. cap. 2. Rom. cit. num 8.

4 Hęc professionis nullitas statuebatur etiam à Sixto V. in Const. incip. Cùm de omnibus. §. 2. apud Cherub. tom. 2. Bull. fol. 602. At Clemens VIII. in Const. incip. In suprema §. 3. tom 3. Bullar. eiusdem fol. 129. quoad hanc nullitatis partem

Sixtianæ derogat, ac si non emanarit. Hinc fit, quod professus reclamare nequeat de professionis nullitate, nisi ad præscriptum Concil. Trident. sess. 25. de Regular cap. 19. & Congreg. Concil. 1. Decembr. 1593. & Greg. XIII. ex eiusdem Congregationis sententia 1598. apud Barbos. ad dictum locum Concilio de quo vide in tit. de Nouitijs.

5 Stante Religionis protestatione, & scandalosi delicti, vel morbi taciti, & non manifestati veritate, iuridicè probata, poterunt præfati è Religione expelli, etiam post professionem. Dubitatur, an sic expulsi tuta conscientia in sæculo remanere possint, curato v. g. gallico morbo? videtur, quòd non, quia Simon de Aubigne Dioecesis Andegauen. 15. Septembris 1617. & Fr Chrysostomus de Neapoli 9. Ianuarii 1618. è PP. Capuccinorum Relig. expulsi Sacram Congr.

sup-

ſupplicarunt, vt in ſæcu o remanere poſſent, quorum cauſa remiſſa fuit Ordinarijs, & Prouincialibus examinanda; igitur videtur neceſſaria hæc ſacræ Coagr. vel potius Summi Pontificis licentia; ſed non requiri, patet; quia expellens, & expulſus ſunt correlatiua; lex autem ſtatuens aliquid in vno correlatiuo intelligitur idem ſtatuere in alio. Stephan. de Federic de iur.interp.par.1. & Peirinus tom. 3. Priuil. fol. 400. col.1.in fin. igitur, ſicut ratione nullitatis profeſſionis Religio poteſt illum expellere; ita ſub eadem ratione expulſus ad Religionē redire, vel vota in profeſſione promiſſa obſeruare non tenetur: nam ceſſante promiſſæ legis ratione, ceſsat & ipſa lex, l.fin.ff.de adult.& l. ſi maritus §. ſcripſit. & C. de ræſcript longi temp. l.fin. Ad ſacræ Congr. Decreta dicimus, per illa nil aliud committi Ordinariis, & Pro-

uincialibus, nisi, an sufficiens causa expulsioni extiterit, vt ex eorum verbis patet; facta autem sufficienti expulsione, nil vltrà requiri nisi ad maiorem fortassis expulsi conscientię serenitatem id postularetur.

6 Tàm Leo X. quàm alij Summi Pontifices, & sac. Congreg. Superiorum conscientiam onerant super hanc expulsionis facultatem non applicandam, nisi secundùm iustitiam, & charitatem. Et quia Superiores possunt aliquem subdelegare, ad hanc functionem faciendam, notandum est, quod vbicumque super aliquo actu Commissarij, vel subdelegati conscientia per Superiorem oneratur, nequit de iustitia, vel iniustitia ei quæstio referri; & si appelletur, non tenetur Commissarius appellationi deferre ex quo enim conscientię suæ relictum est, appellatio nec causam ad Superiorem deuoluit, nec Commissarii potestatem

suspen-

ſuſpendit. Superior tamen, ad quem eſt appellatum, quod malè factum eſt, emendare tenebitur. Quo pacto impugnari poteſt iniuſtus proceſsus, factus ab eo, cuius conſcientiæ negotium commiſsum eſt. Panorm. in Clem. vt conſtitutio. de iure patron num. 4. Peirinus tom. 1. de Priuil. Regul. fol. 183. §. 2. num. 2.

De Familiaribus, & Conuentuum Fũdatoribus, ac Fundatricibus.

1 QVia ſupra in tit. de Confeſſoribus, num. 12. non nulla familiarium Conuentuum priuilegia; & qui familiarium nomine intelligantur, recenſuimus, hic addendum duxi, quod cùm familiares Regularium de eorundem corpore dicantur, eorundem quoque priuilegiis gaudere

debent , ad instar Familiarium Episcoporum Hermanus Stam. de seruit.personal.lib 2.cap.7 n. 6. & alii apud Lucerna Regul. ✠.familiares.

2 Familiares,vel famuli Regularium non subiacent sententiis excommunicationis , & interdicti , quibus afficitur locus,in quo est Conuentus , nec possunt ab Episcopis excommunicari. Ita concessit Leo X. in Constit. incip Dum intra mentis , 19 Decembris 1516. Alexandr. IV Constit. incip. Vt in vestris 5. kal. Iulij Pontificatus anno , & confirmat Trident. sess. 24. de reformat. cap.11.Peirinus de Priuil.Regul. tom.1.fol.50. & fol.63. num. 13.

3 Familiares à Confessarijs, duntaxat à Superioribus Regularibus approbatis , possunt absolui à casibus , locorum Ordinarijs reseruatis . & pro tempore reseruandis . Probat Peirinus ibidem num. 14. ex pri-

ui-

uilegio concesso Carthusiensibus die 26. Martij 1602 Peregr. 1. par sui Compendii tit. absolutio quoad sæculares, 9. 3. Insuper eos posse tempore Interdicti interesse diuinis, nisi interdicto causam dederint, vel nisi sint specialiter interdicti. Item tempore excommunicationis, & quòd hæc omnia extendantur etiam ad Procuratores Conuentuum, asserit idem Peirinus num. 17.

4 Fundatrices, & Tutrices Ordinis, vel Fundatores, & Tutores, etiam cum eorum vtriusque sexus liberis procreatis, & procreandis omnibus, & singulis priuilegijs, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & indulgentiis vti posse, & gaudere, concessit Iulius Secundus Constit. incip. Dum ad sacrum, 5. Kal. Augusti 1506.

5 Nomine Fundatorum, vel Fundatricum solummodo tria personarum genera veniunt, i.

earum, quædam fundum pro Conuentu fabricando; 2. earum, quæ Conuentum, saltem pro maiori parte suis expensis ædificant: 3. earum, quæ dant redditus pro substentatione Fratrum in numero competenti. Tutorum verò, vel Tutricum nomine intelliguntur illi viri, vel illæ mulieres, quæ Religiones verbis, & operibus toto corde, & affectu tuentur, Peirin. cit. tom 1. fol. 67. §. 24. num. 49. & 50. Tutorum autem, & Tutricum nomine posse venire Conseruatores, & Procuratores, ac Procuratrices ex eorum munere satis rationi consonum est.

6 Isti ergo, vel istæ absolui possunt à multis casibus, & censuris, à quibus possunt Religiosi; & quòd possint adesse diuinis tempore interdicti, eo modo, quo possunt Religiosi, dummodo tali interdicto causam non dederint, vel in specie interdicti non sint, censet

idem

idem Peirinus ibi num. 52. Imò hoc priuilegium ad Religionis augmentum concessum, vt possint scilicèt præfati diuinis interesse, extenditur etiam ad eorum familiares, cap. Licèt. de priuil. in 6. vbi Glos. ver. admittuntur, aliqua cumulat ex iure ciuili Probus ad Monach. cap. ne aliqui. de priuil. in 6. Suarez lib 8. de legib. cap. 11. num. 8. Sanchez 6. in Decal. cap. 17. num. 6. Peirinus fol. 114. num. 7.

7 Fundatores, & Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, Tutores, & Tutrices, eorumque vtriusque sexus liberi, nec non Ordinis Conseruatores participant de bonis, quæ in Ordine fiunt, Iulius II. Constit. incip. Aliàs venerabilem, die 29. Martij 1507. His semel in vita, ac in morte conceditur Indulgentia plenaria, & dicendo quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam in die-

bus stationum, lucrantur omnes Indulgentias, quas actualiter visitantes Ecclesias intus, & extra Vrbem lucrantur; idem Iulius cit Constit. Dum ad sacrum. in fin.

De Generali Ministro.

In ingressu cuiuslibet Ecclesiæ Ordinis pro prima vice.

1 ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum, & terram
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

ORE.

OREMVS.

ACtiones nostras, quęsumus Domine; aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DEfende, quæsumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam, & toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis.

DEus, qui Ecclesiam tuam B. Patris Nostri Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena despicere, & cælestium donorum sēper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

2 In ingressu Monasterij Sanctimonialium Ordinis Minorum.

FAmulos tuos, quæsumus Domine, Beatæ Virginis tuæ Claræ votiuam memoriam recensentes, cælestium gaudiorum sua facias interuentione participes, & tui Vnigeniti cohæredes. Qui tecum viuit, &c.

3 Quãdo à Patribus S. P. N. Dominici Processionaliter in suis Ecclesiis recipitur.

DEus, qui Ecclesiam tuam B. P N. Dominici Confessoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis, concede, vt eius intercessione temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus semper

per proficiat incrementis. Per Dominum nostrum, &c.

4 Generalis Minister in tribus casibus ab Officio deponi potest; quando scilicet dilapidat bona Monasterij, scandalosè viuit, & quando Regulam destruit, Concil. Lateran. sub Alexan. PP. I. cap. 10. Crespet. in summ. Cathol. fid. ver. Prior. Peirinus tom. 1. de priuil. Regul. fol 8 §. 2. num. 3. & tom. 3. fol. 416. num. 4.

[De Generalibus Ministris plura habentur in hoc Compendio, de quibus quære in Indice rerum notabilium. An Generales possint, & debeant Prouincias diuisas vnire, & vnitas diuidere, vide Peirinum tom. 3. Priuil. fol. 419. num. 24.

De Guardianis.

1. GVardiani per triennium, & non vltrà, Guardianatus officium continuare valent,

lent, ex Constit. Pauli IV. incip. Viam ambitiosę cupiditatis. & ex Statuto Capituli Generalis Rom anni 1612.

2 In Capitulationibus tamē Generalibus Toleti ann. 1606. & Romano anno 1612. habetur declaratio in eorum tabulis sæl. recor. Clem. VIII. quod Prælati Generales, vltra triennii tempus possint differre Capitula per sex menses, & toto eo tempore ipsi Guardiani durabunt.

3 In Capitulo Generali anni 1625. Romę habito statutum fuit, Capitulum intermedium, siue Congregationem Capitularem plenam auctoritatem habere non continuandi Guardianos, sed prioribus amoris, alios instituendi, etiam nulla interueniente causa. Et, vt Guardiani renunciationem suorū officiorum in scriptis darent, mandatum.

4 Guardiani locorum, vbi sunt Monasteria Monialium, Re-

Religioni ſubiecta, abſque aliqua Ordinarij licentia Moniales alloqui poſſunt, quando opus fuerit; præcipuè ſi eorum cura ſpecialiter per litteras illis à Prouinciali demandetur. Sacr. Congreg. Regul. in vna Capacien. 27. Septembr. 1641. in alia Amalphien. 29. Nouembris 1641. Hinc ſpeciali Decreto reuocata fuit ſententia ab Epiſcopo Alexandrino contra Guardianum eiuſdem Ciuitatis ſuper hoc lata, die 20. Iulij 1640. prout habetur in Archiu. Procurat. Ara Cœli lib. 2. num. 100. 152. & 163.

De Habitu Religioſorũ, et Homicidis volũtarijs.

1 VRbanus VIII. in Conſt. incip. Cùm ſicut, die 5. Octobris 163 . omnibus, & ſingulis locorum Ordinarijs, ac Nunciis, vbiuis terrarum conſtitutis, & degentibus diſtrictè præ-

præcipit, ne de cætero quenquam tunicam oblongam Tertij Ordinis S. Francisci, cum, vel sine mantello, absque Superiorum prædicti Ordinis licentia in scriptis obtenta, quoquomodo deferre permittant; vtquè, si aliquem præmissorum transgressorem repererint, illum carceri mancipandum, tali habitu exuendum, & arbitrarijs pœnis mulctandum irremissibiliter curent.

2 Nemini licitum faciant (quacunque super hoc obtenta licentia) vt habitum huiusmodi cum caputio, vel tunicæ, seu mantello consute deferant: sublata eiusdem Ordinis Superioribus, ipsisque locorum Ordinarijs, ac Nuncijs Apostolicis, & eorum cuilibet, quauis auctoritate, licentias huiusmodi unquam concedendi, idem Vrbanus ibi.

3 Habitus Religionis Nouitio exeunti non est restituendus, sed illius pretium ei solui-

ui debet, vt declarasse sacram Congr. refert Barbosa in tract. de potest Episcop. allegat. 101. num.39. p. 3. Lucerna Regul. ℣.Habitus, num.6.

4 Cum Habitu nostro morientibus, vel cum eo sepeliri eligentibus Clem. IV. & Nicolaus IV. tertiæ partis omnium peccatorum remissionem concesserunt. Leo X. concessit Indulgentiam plenariam morientibus cum nostro Habitu, ad quam lucrandam, declarauit, sufficere Habitum petijsse, licèt ante mortem eum non induerit, sed super se tantùm vsque ad mortem habuerit, Rodericus tom.2.q.q. Regul.q.76. art.10. Peirinus tom. 1. Priuil. fol.32.num.2.qui tom.3.fol.473. num.57.cum Casarub. Affirmat, has indulgentias non esse reuocatas per Cõst.21.Pauli V.incip. Romanus Pontifex,to.3. Bullar. Cherub.fol 202.

5 Ad lucrandum has Indulgentias, necesse est recipere Ha-

Habitum à Superiori illius Religionis, cuius est Habitus, vel ab alio, ad hoc destinato, Sixtus IV in Bulla aurea. Passiatell. in notab. Priuil notab. 20. Rodericus q cit. art. 9. Non est autem necesse, vt Habitum petentes, eleemosynam dent, pro induendo Religiosum, cuius est habitus, ad effectum lucrandi Indulgentias; quia tunc eas non lucraretur, Roder art. 10. licèt dare possit ratione simplicis eleemosynæ.

6 Homicida voluntarius per assassinium est irregularis; quo ad Ordines, & exercitium illorum, & quoad dignitates, nec cum isto Prælati Regulares dispensare possunt; Peirinus loco cit fol. 95. num. 102. & 103. At homicida volontarius in rixa, & si fiat. irregularis, dispēsari tamen potest à Superioribus Regularibus, si sit occultus, ibidem nu. 104. Sic etiam dispensari possunt subditi à suis Prælatis, si Iudices in sæculo per

per ſententiam aliquem occidi fuerunt. Ibidem vide in tit. de Diſpenſatione.

De Indulgentijs.

1 INdulgentiæ conceſse Regularibus pro Defunctis non ſunt reuocatæ à Paulo V. vt ſupra num. 4. Adde Peregr. 1. par. ſui cõpend. ℣. Indulgentia, num 9. Diana reſolut. mor. par 4. tract. 4. Miſcellan. reſolut 20. Lucerna Regul. ℣. Indulgentia, num. 3. Ideoque celebrantes tres Miſsas pro anima alicuius conſanguinei intra tertium gradum ſuper vno Altari, per Superiorem in propria Eccleſia aſsignato, liberant ipſius animam à pœnis Purgatorij, ac ſi celebraſsent ſuper Altari S. Gregorii, aut S Sebaſtiani Romæ, Leo X. in compend. Priuil. Congr. S. M. Fulien. tit. Indulgentia pro defunctus. §. 6. Peregr. eodem §. 15.

Pei-

Peirinus tom. 3. Priuil. fol. 331. q. 19. num. 6. Imo ex concessione Clem. VIII. Fratres Minores Missam celebrantes pro suis parentibus, in Purgatorio existentibus, pro illis Indulgentiam plenariam lucrantur, Diana loco cit. Lucerna Regular. num. 4.

2 Leo X. concessit, vt omnes Indulgentiæ ab ipso, & Prædecessoribus suis cōcessæ Mendicantibus, vsque ad quartum sui Pontificatus annum die 3. Febr. pro viuis, possit ab ijs pro defunctis per modum suffragij applicari. Quare Sacerdotes in diebus Dominicis, aut in solemnitatibus D. N. Iesu Christi, & B. Mariæ celebrantes, vel non Sacerdotes communicantes, Indulgentiam plenariam, pro defunctis applicandam, consequuntur, ex concessione Innoc. VIII. Minoribus facta, Peirinus loco cit. num. 7. & 8.

3 Regulares dicentes Coronam B. M. ex 63. Aue, & 7. pater;

ter , vel Coronam Domini, ex 33. pater,& 5. Aue ; aut Psalmos Pœnitentiales, vel Graduales. aut Officium defunctorum, Indulgentiam plenariam, Defunctis applicandam, lucrantur. Infirmi verò , & senes decrepiti eandem Indulgentiam , similiter applicandam, consequuntur, dicendo Psal. Miserere, aut Canticum Magnificat, aut Hymnum Aue Maris Stella, peirinus num. 9.

4 Omnes, & singulæ Indulgentię , peccatorum remissiones, ac Pœnitentiarum relaxationes concessæ (& non reuocatæ) & concedendæ Ecclesijs Fratrum Minorum extenduntur ad Oratoria , seu Sacella , etiam in partibus Infidelium , siue amouibilia , siue occulta sint, ex Breui Vrbani VIII. incip, Cùm sicut , sub die 13. Iulii 1639. apud Archiu. Procurat Ord. Ara Cœli lib. 2. nu. 52.

5 Ad instantiam Fratrum Minorum in Regno Siciliæ existen

ſtentium ſac. Congreg. Concil. die 24. Martii 1640. reſpondit, Oratores gaudere Indulgentiis à S. Apoſtolica conceſſis, etiam ſi Cruciatam non receperint, Habetur in Archiu. Procurat. Reform. S. Franciſci Tranſtib. fol. 76.

6 Indulgentiæ decem, & octo annorum, & 320 dierum Pontificis nomine expreſsè concedi poſsunt à Fratribus Minoribus, & Prędicatoribus vbi prædicant in eorum Domibus quocùnqu anni tempore At ſi extrà ſuas Eccleſias, vltra dictos 18 annos 222 dies tantùm. A tempore Quadrageſimæ prædicantes apud ſuas Domos fer. 2. 4. & 6. 156. annos, & 24. dies Miranda in Manual. Prælat q. 50. art. 10. tom. I. Lucerna Regul. num. 5. Diana loco cit. reſolut. 22. in fin. & alii apud ipſum.

7 Iubilæi tempore Regulares non poſſe eligere Confeſſarium extra Ordinem, pluribus

bus secum vectis, asserit Lucer. Regular. ℣. Iubilæum. Contrarium docet peirin. tom. 4. priuil. fol. 424 nu. 3 qui ex quadam declarat. Greg. XIII. Rodriq; & Suarez habet, quòd Regularis solùm approbatùs à suo prælato tempore Iubilæi potest audire confessionem alterius Regularis, etiam si ab Episcopo minimè approbatus sit. Et nu 4 ex Bulla Vrbani VIII. incip. Pontificia sollicitudo, §. 5. tom. 4 Bullar. Cherub. fol. 249. Portel. Bonacina & aliis, Moniales, ait, etiam Regularibus subiectas tempore Iubilæi posse eligere Confessarium ab Ordinario approbatū, etiam extra Ordinem; vel etiam approbatum duntaxat à prælato Regulari proprio, qui Iubilæi vigore illum eis concedere poterit. Vide Dianam 3. p. de dub. Regul. resolut. 21.

De Legatis Fratribus Minoribus relictis.

1 EPiscopus Vrbaniæ volens Canonicatum erigere ex quodam Legato relicto Conuentui S. Angeli in Vado sub prætextu, quod Fratres illius Legati incapaces essent, sac. Congreg. Fabricæ 28. Maii 1639. die 30. Augusti eiusdem anni ad eundem Episcopum; & 30. Iulij ad Episcopum Ciuitatis Castelli scripsit, Legati summam Fratribus restituendam fore, eo, quia Fratres erant capaces illius, non obstante perpetuo onere Missarum, & quasdam festiuitates celebrandi. Et quia Episcopus Ciuit. Cast. difficultatem mouit, ne Fratres Legati fructus reciperent, eadem sac. Congr. die 25. Augusti 1640. scripsit ei, vt omnia remoueret impedimenta, vt Testatoris voluntas impleretur. Habetur in Archiu.

Pro-

Procuratori Generali Ara-Cæli lib.1.num.139.

2 Eadem S. Congreg. in vna Anconit. die 31. Decemb. 1639. ad eiusdem Fabricæ Commissarium, declarauit, quod Fratres illius Ciuitatis, per modum eleemosynæ capaces erant Legati quinque annorum scutorum, cum onere celebrandi Officium, & 30. Missas. Pariter die 17. Martij 1640. ad eiusdem Fabricę Commissarium scripsit, vt restitueretur Fratribus Minoribus Legatum 1500. scutorum cum quibusdam oneribus annuis, quod (sub incapacitatis prætextu) Fratribus Carmelitanis eiusdem Ciuitatis Anconæ applicatum fuerat. Idem apparet ex alia ad Petrum Nardonum similiter Commissarium super legatum census 1000. Florenorum capitalis, & 80. annui fructus, die 12. Maii 1640. Quo Commissario absente, Sacra Congreg. scripsit ad Vicarium Generalem

Firmi die 30. Iunij 1640.

3 Eadem Sac. Congr. die 28. Iulii 1640. ad suum Commissarium Rouighonum idem scripsit super legatum 40. Florenorum annuorum relictum Conuentui Sancti Ioannis Campi Bassi. Iterum super præfata ad Episcopum Vrbaniæ scripsit die 20. Octobris 1640. Et quia Commissarius Fabricæ prætendebat, supradictum Legatum mille Florenorum Molleani, agitata causa, tandē Vrbanus VIII. die 12. Nouembris 1641. ad fauorem Religionis dedit rescriptum. Sic etiam eadem Sacra Congr. iterum scripsit die 11. Ianuarii 1642 pro Legato 400. scutorum Fratribus Anconæ relicto.

4 Quibus sic stantibus, contra Fratres Minores allegari nequit Decisio Rotę 365. par. 5. præcipuè num. 27. quia illa emanauit anno 1630. Decretum autem Sac. Congr. Fabricæ datum fuit anno 1633. ex quo, &

& tot aliis allegatis ſubſequentibus deciſum remanet, Fratres Minores capaces eſse Legatorũ, per modum eleemoſynę, etiam cum annuis muneribus, & oneribus perpetuis: Legatorum autem, non per modum eleemoſynæ, ſed tanquam ſub Fratrum proprietate reſidentium, ita, vt Conuentuum Syndici Legantium hæredes, ad ſoluenda huiuſmodi legata in iudicio conuenire poſſint, incapaces ſunt; ſicquè intelligi debet Rotę deciſio; nec aliter declarari debet Vrbanus VIII. in Conſtit. Militantis ſub 1. Octobris 1641. pro Reformatis. Allegatæ reſolutiones pontificis, & Sacræ Congreg. Ven. Fabricæ habentur in Regiſtro procur. Ara-Cæli ab an. 1637. lib. 1. num. 139. & lib. 2. num. 70. 89. 90. 91. 98. 107. 169. & 174.

De Ministris Prouincialibus.

1 Ministros Prouinciales, post expletum tale munus, ab eodem Officio per sexennium vacare debere, statuit Paulus IV. in Constit. incip. Viam ambitiosæ sub die 23. Aprilis 1559. his verbis: [Apostolica auctoritate ordinamus, vt in toto Ordine S. Francisci, in eligendis eorum Ministris Prouincialibus perpetuò seruetur, scilicet Ministri Prouinciales, qui per triennium eliguntur, peracto eorum triennio, infrà sex annos à die peracti triennij cōputandos, ad officium Ministrorum Prouincialiū, sub infrascriptis pœnis, sub quouis colore assumi, eligi, & admitti non possint, &c. Ipsisque infra sexennium electis, obedientiam aliquam, sed potiùs ab eorum obedientia recedere, ad eligendos alios, loco prædictorum, tanquã

ad

ad officia verè vacantia, Fratres procedere debeant, sub pœna excommunicationis, & ipsi electi sint officio priuati, efficianturq; perpetuò inhabiles ad illa, & alia dicti Ordinis obtinenda. Insuper districtè inhibet Ministris, & Cõmissarijs Generalibus, Ministris Prouintialibus, Guardianis, Diffinitoribus, alijsque Fratribus eiusdem Ordinis, ne aliquem, qui Prouincialis fuerit (infrà sex annos, vt supra, computandos) in Prouincialem eligere, & recipere sub excommunicationis latæ sententiæ, priuationisq; omnium Officiorũ dicti Ordinis pœnis, eo ipso, absque alia, desuper facienda, declaratione incurrendis, audeant, vel præsumant.]

2 Gregorius XV. in Constit. incip. [Militantes Ecclesiæ regimini] decernit, quod [Fratres, qui officio Ministri Prouincialis functis sunt, nullo modo possunt reeligi, nisi sexennio transacto (scilicet vacationis) irritum, &

inane. si secus à quoquã quauis auctoritate contigerit attentari: mandantes in virtute S. obedientiæ Ministris, & Vicaris Generalibus, & aliis, ac sub excommunicationis, & priuationis officii pœnis, ipso facto incurrẽdis, &c.

3 An deficientibus ad sex enium duobus, vel tribus mensibus, Minister Prouincialis, Custos, & Diffinitores ad idem officium respectiuè reasummi possint? P. Spinatiola in tit. de Ministris Prouincialibus eni xè tuetur, non posse Ex aduerso sunt Miranda, in Manuali Prælatorum tom. 2. q. 16. art. 5. Roder. tom. 2. q q. Regul. q. 52. art. 12. Hieron. Roderic. resolut. 58. num. 25. Sanctorus Constit. cap. 9. Statut. 36. quæst. 10. dub. 3. fol. 645.

4 Posteriorum opinio humanior, & probabilior videtur, tum quia Gregorius VIII. in Constit. incip. Consueuit, sub die 8. Septembris 1573. §. 8. & in declarat. eiusdem eodem

mo

modo incip. data sub die 29. Aprilis 1579. ℈.2. tom.2. Bullar. Cherub. fol. 374. declarans, & reducens Constitutionem 128. Pij V. incip. Pastoralis, eodem tom. fol. 340. ait: [Nos ad Statutorum Generalium dicti ordinis seriē, & formam reducimus, quibus dicitur expressè, quòd Officia semel exercentes, ab eis, quæ gesserunt, per duplum temporis vacare debent; ita, vt duæ electiones celebrentur, antequàm ad eadem Officia eligantur:] Et in secunda doclaratione dicit; [Ministri autē Prouinciales per duplum temporis Officij Ministeriatus, postquàm absoluti à tali Officio fuerint, in Ministros Prouinciales reeligi non possint.]

5 Statuta autem Generalia Salmant, & Vallisolet. 1593 & 1596. impress. fol. 232. in fin. nil aliud dicunt, nisi quod [ad illud ipsum Ministeriatus Officium reeligi, & promoueri non possit, nisi sexennio antea vacauerint,] eadem dixerant supra

fol. 218. Diffinitores autem in vno Capitulo electi, reeligi in alteo nequeant, nisi per vnum, aut alterum Prouinciale Capitulum, iuxtà cuiusque Prouinciæ cõsuetudinẽ, antea vacauerint. Rom. 1642. cap.8 §.39.nu.1.de Ministris, eadem prorsus verba habet. §. verò 33.num.6.de Diffinitoribus dicitur: Definitores in vno Capitulo electi, ad idem Officium, nisi sexennio transacto, reeligi non possint. §.35. num.4. Guardiani, completo triennio, per annum saltẽ vacare debent. Idem Salmant. cap. 8. & Paulus Quartus in margine citatus.

6 Statutorum autem consuetudo est, vt isti anni non intelligantur naturales, sed sufficit, quòd sint Capitulares, siue excedant, siue deficiant, nam in Statuto Barcinonensi cap.7.de elect. declaratur, quòd triennale Guardianorũ tempus, à Capitulo in Capitulum, & à Cõgregatione in Congregationẽ numeretur; etiam si Capitula, &

& Congregationes, ob aliquam causam protrahantur. Sic etiam sufficit pro reelectione Guardianorum, vt satis superque praxis docet.

7 Præterea ex declarationibus, & vsu communiter receptis, & in Religione perpetuò obseruato, sufficit, vt Ministri, Custodes, & Diffinitores à Capitulo in Capitulum durent, & quòd biennium excedant, ad hoc, vt talium Officiorum priuilegiis gaudere possint, etiam si ad hunc effectum triennij duratio sibi præscribatur.

8 Insuper ex communi regula, quòd annus incœptus habetur pro completo (præterquàm quoad solutionem censuum, salariorum, debitorum, & huiusmodi) communiter quoque de annis, & ætate Ordinandorum scribunt Doctores ex Concil. Triden. sess. 23. cap. 12 quod in specie declarauit Sac. Congreg. Concil. 7. Septembris 1594. De quo, &

 alijs

alijs similibus vide plura apud Henriquez in summa lib. 10. cap. 19. §. 2. & 3. & lib. 13. cap. 38. §. 2.

9 Item si vera esset P. Spinatiolæ sententia sequeretur; quòd, cùm multoties, vel ob causas Generali benè visas, vel ob Prouincialis renunciationem (ex cuius parte posset esse fraus, & dolus, ne videlicet prædecessor tam cito reeligi posset) acceleretur Capitulorum celebratio, ad sex, & octo menses, sequeretur, inquam, quòd aliquando octo annis vacare deberet, quod nec conueniens, & aliquando nec consentaneum Prouinciarum nonnullarum vtilitati videtur.

10 Cùm ergo Gregorius XIII. Pij V. & Pauli IV. successor non nisi duas exigant electiones, ad hoc vt illi reeligi possint, & hoc ad Statutorum Generalium Ordinis seriem, & formam, ex quibus Religio plùs, minusuè huiusmodi celebrationes acce-

celerat, vel protrahit, sequitur, quòd sexennium illud capitulare, non naturale debeat esse. Inquo sensu, & Gregorium loqui dicendum est; quia leges legibus concordare debemus, (l.vlt.C.de inofficiosis donation bus. Et propterea secundùm nostram sententiam reelectus (nulla alia interueniente causa) si priuaretur, de iniustitia conqueri posset, quia valida est electio.

11 Ministri Prouinciales tribus annis, & non vltra in hoc Officio perdurare possunt, ex Constit. Leonis X. incip. Ite, & vos in vineam meam, & Sixti V. & ex Statutis Vallisolet. 1593. cap. 8. fol. 228. & Congr. Generalis Rom. an. 1632. cap. 8. §. 31. num. 1. & Rom. 1642. cap. 8. §. 38. num. 1. At quia ex concessione Clem. VIII. per sex menses vltra triennium possunt differri Capitula Prouincialia, toto eo tempore durabunt Ministri, Diffinitores, & Guardiani

ni Tabul. Gener. Toleti 1612. Rom. 1642. loco cit. Spinat. loco cit.

12 Si Prouincialis primo sui Ministeriatus anno obierit, & nouus Minister eligatur; ipse, cum Custode, & Diffinitoribus in præcedenti Capitulo electis durabunt continuis annis tribus, ab huius secundi Ministri electione, ex Constit. Vrbani Octaui anno 1625.

13 Ministri Prouinciales semestri antequam sui officij triẽnium compleatur, Superiores Generales de die, qua dictum sui officij triennium explebitur, certiorare tenentur, ad hoc, vt de Visitatoribus prouidere possint; ex Constit. Barcinon. p. anno 1621. cap. 7. fol. 127. Quod etiam innuere videntur Vallisol. 1593. cap. 8. fol. 225. & Rom. 1642. cap. 8. §. 44. n. 2. Miranda tom. 2. q. 16. art. 3. conclus. 1.

14 Prouinciales in Capitulo, in quo suum explent officium, nec

nec ad Diffinitoratum; nec ad Guareianatum promoueri possunt, Constit. Capit. Generalis Rom. 1639 fol. 40. Congr Gener. 1642. cap. 8 § 39. num. 2. Salmāt. cap. 8. fol. 41. à tergo in fin.

De Missa.

1 SEcundùm doctorem subtiliss. Scotum in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Quoad tempus celebrandi Missam, breuiter teneas, quòd à principio diei, vsque ad nonam, Missa congruè celebratur, non computando diei principium ab ascensu Solis super nostrum orizontem, sed ab illa hora, ex qua radij solares illuminant nostrum emispherium, quod dicitur principium auroræ. Hæc Scotus, cuius conclusionis prima pars difficultatem non habet; secunda verò sic; quia Pius V. in suo Missali, & Clemens

mens VIII. in eiuſdem reformatione dicunt, horam celebrandi pro Miſſis priuatis eſſe ab Aurora, vſque ad meridiem, & non vſque ad Nonam; tamen quia Scotus ſubdit, quod [hora nona colligitur ex conſuetudine Eccleſiarum, & ille terminus magis attingitur in diebus ieiuniorum, quando regulariter in Eccleſiis Collegiatis conſueuit circa horam nonam Miſſa de ieiunio celebrari,] præfatis Pontificibus non contradicit.

2 Aurora autem pro diuerſis temporibus magis, vel minus Solis ortum præcedit: aliquando enim præcedit ſolum per horam, & quadrantem horę, vt in menſe Martio; aliquando per duas horas, & quadrantem, vt in menſe Iunio: aliquando per horam, & dimidiam, vt in Februario, & Septembri: aliquando per duas horas; aliquando per vnam, cum tribus quadrantibus: itaque,

que, excepto Martio, ſemper durat crepuſculum illud ad minus per horam, & dimidiam, quod totum tempus auroræ tribuitur, & in eo proculdubio poteſt celebrari. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Euchariſt. diſp. 20. ſect. 1. nu. 31.

3 Secluſo priuilegio, celebrari poſse ſemihora ante initium auroræ, ita vt finis Miſſæ ſit in Aurora, cum alijs tenet Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 80. ſect. 4 vnde infert, Religioſum, qui ex priuilegio ſacrum vna hora anticipare poteſt, poſſe illud inchoare per tres horas ante Solis ortum, quia abſque priuilegio poteſt inchoari per duas horas ante Solis ortum; ergo addita vna hora ex priuilegio, poterit inchoari tribus horis ante ortum Solis; ita, vt finis Miſſæ ſit vna hora ante auroram. De Lugo cit. nu. 32. & 33.

4 Quoad ſecundam partem, Religioſi ex ſuis priuilegiis poſ-

possunt celebrare vsque ad Nonam inclusiuè, idest, vsque ad tres horas post meridiem, Ioan. de la Cruz indirect. conf. par. 2. de sacrif. Miss. q. 2. dub. 1. conclus. 4. Diana tom. 3. de celebr. Missar. resolut. 34. Sed aduerte, id fieri posse, vel causa itineris, vel alia iusta causa. Ad hos enim casus Congregationi S. Iustinæ concessum fuit hoc priuilegium ab Eugenio IV. Constit. 11. in Bulla Rodriq. vniuersaliter autem loquendo, & seclusis his causis, celebrari posse post meridiem, dummodo vnius horæ spatium non attingat, asserit Syluius in 3. p. q. 83. art. 2. latiùs enim accipitur meridies, quàm aurora, & faciliùs excedi potest hic terminus, quàm ille anticipari, vt dicunt, & probant Suar. & Emin. de Lugo loco cit.

5 Priuilegium anticipandi, vel postponendi Missæ celebrationem non est reuocatum per Concil. Trid. sess. 22. de euitan.

in

in celebr. Missæ. Roder. tom. 1. q. q. Regul. q. 43. art. 5. Theologi Salmaticenses de hoc consulti, P. Io: de Salas, & Emin. de Lugo ibi num. 29.

6 Eodem Concilij Decreto non obstante, vult Pius V. in Constit. Et si Mendicantium, quòd Fratribus Mendicantibus licitum sit semper, & vbique Missas celebrare, etiam antequam Parochus celebrauerit, in quibuscunque festis. Ita etiam Sac. Congregat. Concil. die 2. Iulij 1620 decreuit, non posse Regularibus id prohiberi, Peirinus tom. 1. priuil. fol. 6. nu. 26. & fol. 278.

7 Missas audientes in Ecclesijs Regularium satisfaciunt Ecclesiæ præcepto, Leo X. in Constit. Intelleximus, 13. Nouembris 517. Pius V. Constit. cit. & Sac. Congreg. Regul. 1. Iulij 1606.

8 Missæ approbatæ pro certis Regularibus, nequeunt ab aliis celebrari, etiam in eorundem

dem Regularium Ecclesijs, Sac. Congreg. Rituum 19. Nouembris 1622. Gauant. in Manual. Episc. in ℣. Missæ ritus, num. 1. Nihilominus eadem S. Congr. censuit, vt Sacerdotes, inseruientes Ecclesiæ Monialium S. Claræ, possint celebrare Missas Sanctorum Ordinis S Francisci, in diebus eorum festis, cum Missali tamen Romano, & iuxtà illius Rubricas, 22. Ianuarij 1639.

9 Celebrando vnam Missam duntaxat (si eleemosyna æquiualens vnius iulij non elargiatur) etiam si duas tres, aut quatuor, vel plures Missas, occasione diuersarum, vel plurium eleemosynarum celebraturi essemus, & in dicta celebranda Missa, prò omnibus, qui pro dictis Missis in eleemosynam vsque ad summam huiusmodi contribuerint, vel contribuent in futurum, commemorationem in genere faciendo, satisfactum, voluit Leo X. in Con-

stit.

ſtit. incip. Cùm ſicut, die 23. Martij 1517. Roder. tom. 1. q. q. Regul. q. 43. art. 17. concluſ. 3. Corduba q. q. Theol q. 4. dub. 3. qui ait, hoc priuilegio vti non deberi, ad auaritiæ incentiuum, ſed ob aliquam rationabilem cauſam, paupertatis videlicet, & cætera, & dummodo eleemoſynam recipiens ſpecialiter, & expreſsè Miſsam celebrare non promiſerit; nam tunc ratione promiſſi teneretur, Peirinus tom. 1. Priuil. fol. 184. col. 2. in fine.

10 Miſſa ſuper Altari portatili, in loco tamen decenti, celebrari poteſt in proprio Cubiculo, vel Cella Regularium, tàm virorùm, quàm fœminarum, quando ob eorum infirmitatem, per Medicum, vel Superiorem ſuum è proprio Cubiculo exire prohibitum fuerit, nulla ad hoc requiſita Ordinarij licentia, Peirin. cit. tom. 1. fol. 8. num. 34. ex priuilegio Pij IV. Canonicis Regu-

gularib. S Ioan. Lateran. conces-so, die 18. Maii 1565.

De Monialibus.

1 Moniales in earum Monasteriis recipere nequeunt puellas (educationis causa) minores septennio, & maiores vigesimo quinto, Sac. Congreg. apud Zerol in praxi Episc. ℣ Moniales 9. 11. elapso autem vigesimo quinto anno, poterit ab Ordinario dari terminus, intra quem vel exire, vel Monachari deliberet, Lucerna Regul. ℣. educatio. nu. 9.

2 S. Congr anno 1588. Statuit, quòd vbi prohibitum est, admitti puellas ad habitum Monacalem, ibi nec admittantur ad educationem. Insuper anno 1615. in Seuerinen. voluit, vt admitti nequeant, nisi Monasteria sint capacia, & pro dictis puellis educandis particularia habuerint loca, Barbos.

de

de Iure Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 44 num 50. Quaranta in Sum. Bullar. ℣. Monasteria Monialium.

3 Monialium habitum suscseptura soluere debet dotem in pecunia, nec Stabilium, aut Censuum assignatio permittitur, Sac. Congr. Regul. in vna Camerinen. die 28. April 1583. Aldan. in Compen. Can. resol. lib. 3. cap. 10. num 20. Hæc autem dos, ante habitus susceptionem, depositari debet in Bancho aliquo, si adsit, sin minus, in manu alicuius probi, & facultosi Mercatoris, aut viri: non autem in manu Consanguineorum, vel affinium Puellę eandem Sac. Congr. in alia Camerinen. die 15. Martii 1594. & in alia Lusitana 1615. Lucer. Regul. ℣. Dos.

4 Si puella Monialium habitum induta ante professionē decesserit, Dos ei assignata cum fructibus, si quos Monasterium recepisset (deductis tamen

quæ

quæ ad victum , & vestitum spectant) Hæredibus, vel puellæ proximioribus restitui debent, Sac. Congr. Concil. apud Armen dariz & Lucer. Regul. num. 4. Menoch. Consil. 369. num 5. Ricc. in praxi variar resol. cap. 138.

5 Sed quid si in mortis arti culo professionem emiserit ? pro huiusce , aliorumquè du biorum solutione nota, quod de professione in genere loquendo S. Congr. Concil. 17. Nouemb. 1597. censuit , probationis annum ad emittendam profes sionem debere esse integrum, continuum, non interpolatum, vt latiùs in tit. de professio ne.

6 Puellæ autem nec Mona lium habitum suscipere ante 12. ætatis annum completum ; Sac. Cong. Regular. in Neapol. de ann. 1582. Barbosa in Collectan. lit. C. ℣. Monialium num. 1. nec ante 16. annum completum profiteri valebit,

Concil. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 15. ita, vt professio in mortis articulo, facta ante hunc 16. ætatis annum (etiam ad finem succedendi in dote, & in bonis per Monasterium) inualida declarata fuerit à S. Congr. Concil. in vna Montis Regalis 13. Nouembris 1627. Lucer. Regul. ver. professio, num. 1.

7 Si verò post Completum sextumdecimum annum in mortis articulo professionem emiserit, quanquam probationis annum non compleuerit, existimo, illius Dotem in Monasterii successionem cedere. si puella sic professa moriatur. Moueor ad hoc; quia ex Constitut. Pii V. incip. Summi Sacerdotij, 109. data 23. Augusti 1570. tom. 3. Bull. Cherub. fol. 315. huiusmodi professio valida est, supplendo Pontifex probationis tempus, de iure positiuo requisitum.

8 Secundò, quia Petrinus

 Priuil.fol.281.§.2.nu.1.
tom.2. quòd hęc professio pa-
asserit, quòd hęc professio pa-
rit omnes effectus, quos pro-
duxisset, si expleto probatio-
nis anno emissa fuisset: vnde
vt Monasterium suæ professæ
succedat, eleemosyna non so-
luta ei debetur, & tanquam
de iure debita peti, & exigi
posse videtur. Ita de Dotis suc-
cessione dicas, quòd ad Mona-
sterium spectabit, Confect. tit.
23. cap. 13. fol.396. Henriquez
in Sum. lib. 13. cap. 40 num. 2.
fol. 805 Sanchez in Decalog.
tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu 16. fol. 18.
qui Roderico tom. 3. q. q. Re-
gul. q. 55. art. 6. in fin. aliter
tenenti respondet, quòd Pon-
tifex nulli iuri alterius in hoc
derogat, Ius enim venientium
ab intestato est, vt, Moniali
decedente nouitia, & intesta-
ta, ipsi succedant. Quando au-
tem virtute priuilegij profite-
tur, non decedit nouitia. Vide
Dianam 3. p. de dub. Regulariū
resolut. 170 Mo-

9 Moniales post elapsum probationis annum, non tamen in ipsa professione, sed per duos menses antè professionem suis bonis renunciare possunt. Sac. Congr. Concil. in Nucerina 21. Augusti 1627. Barb. loco cit. num. 4.

10 Moniales Nouitiæ legere nescientes, nec ad professionem, neque ad Chorum admittendæ sunt, Sac. Congr. Concil. in vna Girgen. 12. Ianuarij 1604. Barb de Iur. Eccles Vniuers. tit. de Monialibus, lib. 1. cap. 44. num, 25.

11 Moniales, sub Minorum cura degentes, tenentur sub excommunicationis pœna obedire Constitututionibus factis, & faciendis in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, & viuere sub tradita forma à suis Superioribus, ex præcepto Leonis X. Constit. 21. apud Roderic. in Bullar. fol. 261. col. 2. incip. Postquàm ad summi, & alia eiusdem 25. apud eundem.

fol.265. col.1.incip. Cùm ſicut accepimus; qui etiam confirmauit Statutum generale Lugdunenſe, ne dictæ Moniales eligere poſſint Viſitatores, aut Confeſſores, extrà datos,& aſſignato à Prouincialibus in ſuis Capitulis, præcipiendo ſub obedientia, & excommunicatione, ipſo facto, &c.Sedi Apoſtolicę reſeruata, id firmiter, & inuiolabiliter obſeruari. Roder.tom.1.q q. Regul. q.10.art.7. Hieron. Roder.tit. de legibus,reſolut. 90. num 41. & tit. de Monialibus, reſolut.98 num.15.

12 Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis bona ſtabilia in communi habere poſſunt, non obſtante earum Regula Sac. Congreg.in Parmen. 16.Ianuarij 1596.Barb.in Collect.l.C.nu. 14.Spinat. tit. de Abbatiſſis,& Monialibus.

13 In particulari autem res etiam parui momenti ſiui vel legatas, vel relictas, vel dona-

tas,

tas, vel datas, vel proprio labore, & industria acquisitas vti proprias retinere nequeunt, sed Abbatissæ tradere debent, quæ ex eis primùm Monialis ipsius, cuius causa ea quæsita sunt, necessitati prouidebit, reliquum in Monasterij vsum conferendo S. Congr. Concil. Barb ℣ Moniales proprietarie, Armendariz in addit. ad recompilat. leg. Nauar. de Religiosis l. 7 num. 75.

14 Nihilominus consuetudine repertum, & introductum est, vt Moniales priuatim paruos redditus vitalitios habeant, ad pios, & honestos vsus, seu in suarum necessitatum victus, & vestitus subsidium, quorum proprietas penes Monasterium residet, administratio verò, & possessio est penès quandam Monialem, quæ depositaria, seu Bussaria dicitur, & à Superiore designatur, cui manifestantur necessitates, & causæ, ad pecuniam expendendam,

quod est conforme Concilium
Trid. sess. 25. de Regularibus
nam dicta bona, quoad pro-
prietatem, sunt Monasterij,
eidemque incorporata, licèt
ad priuatas necessitates parti-
cularium Monialium designa-
ta sint. Aduertant tamen Re-
ligiosæ, quibus hi redditus per-
mittuntur, quòd debent esse
animo paratæ, ad Superioris
nutum eos relinquere; secùs
irreuocabiliter possidentes, etiā
sciente, & consentiente Præ-
lato, votum paupertatis se transf-
gredi certò sciant, consequen-
terquè nec licitè retinent, nec
licitè à Superiore conceduntur.
Rodericus tom. 3 q. q. Regul.
q. 29. art. 12 Hieron. Roderic. de
Monial. resolut. 98. num. 17.
Barbosa loco cit. & Spinat.
ibid.

15 Moniali aliqua de præfi-
xo numero decedente, ad re-
liquas spectat, capitulariter,
votisuè secretis eam puellam,
quæ eis visa fuerit, in huius-
mo

modi locum intra numerum vacantem ſufficere, præuia tamen Epiſcopi exploratione, iuxtà diſpoſitionem Sac Concil. Trid. & S. Congr. Regul. Barboſa num. 19. & Spinat. ibid.

16 Null Monialium conceditur facultas diſponendi de ſuis Cellis poſt obitum; ſed illæ, dum vacauerint, Superioris arbitrio aliis Monialibus in Ordine Superioribus diſtribui debent. Sac. Congr. Concil. in Auerſana 26. Ianuarii 1604. Barboſa ibid. num. 19. & Spinat. ibid.

17 Moniales in communi Refectorio comedere, & in loco etiam communi laborare debēt, S Congreg. Concil. in vna Meſſan. 1. Auguſti 1603. Barboſa, & ſpinat.

18 Monialibus prohibetur, externis cibum parare, aut eſculenta vendere, tribus tamen exceptis, minimi momenti; pro infirmis ſcilicet, parentibus, ac conſanguineis dunta

gat, S.Congreg. Concil. 1. Iulij
1606. Barbosa num. 28.

19 Eugenius IV. Constit. in-
cip. Ordinis tuo. anno 1447. apud
Cherub. tom. 1. Bull. fol. 302.
§.6. concedit auctoritatem Mi-
nistris Generalibus, & Prouin-
cialibus, vt cum Discretorum
consilio possint dispensare cum
Monialibus, sibi subiectis, tàm
in cibis, quàm in silentio, &
alijs contentis in earum Re-
gula. Quod etiam dicunt Ro-
dericus tom. 3. q. 6. art. 4. Hie-
ron. Roder. tit. de Monialibus
resolut. 98. nu. 2. Miranda tract.
de Monial. q. 9. art. 4. & 5. Por-
tella V. Moniales, n. 7. & in ad-
dit. nu. 2. Spinat. loco cit. Intel-
lige de dispensabilibus, quæ ad
essentialem Regulæ obseruan-
tiam non spectant, & quòd ali-
qua dispensationis causa adsit.

20 Barbosa de Iure Eccle-
siast. vniuers. lib. 1. cap. 44. de
Monialibus, & sacris Virginibus,
n. 41. in admittendis Conuersis,
& Seruis Monasterij necessitas
spe-

ſpectatur, &c. Prohibitio facta Monialibus Franciſcanis, de non recipiendis Conuerſis, intelligitur de Monialibus primam Regulam ſeruantibus, ibidem num. 42. 43. & 49. Sacra Congreg. reſpondit portugalliȩ Collectori prò Monialium ſeruitio potiùs introducendas eſse Conuerſas, quàm ancillas ſæculares; & ſic intelligi debet Sacra Congreg. in vna Tarentin. 12. Aprilis 1619. & in alia Fulgin. 22. Nouemb. apud Lucerna Regul. tit. Conuerſæ, num. 1. Quȩ Conuerſæ in nullis electionibus votum habēt, Conſtit. Vallisol. 1593. fol. 300. & Rom. 1642. cap. 11. §. 8. num. 6.

21 De Sixti V. mandato Sac. Congreg. Regul. vetuerat, vt nullus Religioſus cuiuſcumque Ordinis (exceptis Superiore, Viſitatore, & Confeſſario ordinario, vel extraordinario, cum ad tempus deputabitur) ad alloquendum Moniales abſque eiuſdem Sac. Congreg licen-

 tia

tia accedere sub pœnis, &c. & propterea si qui sine tali licentia eas alloqui reperti forent, carcerari, & Superioribus puniendi consignari, Sac. Congreg. Concil. in Fauentina 7. Maii 1617. Cæterùm eadem Sac. Congr. 12. kal. Decembr. 1643. de mandato S. D. N. Vrbani VIII. prædictum Decretum moderauit facultatem Ordinariis tribuendo, vt quatuor vicibus ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, Moniales, sibi primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu coniunctas alloqui possit; dummodo non fiat in diebus festis, in Aduentu, Quadragesima, feria 6. Sabbato, & Vigiliis. Barb. V. Moniales alloquendi prohibitio. num. 1. & 2. Spinat. tit. de loquentibus cum Monialibus.

22 Incurrunt etiam peccatū mortale Religiosi accedentes ad colloquendum cum Monialibus, absquè debita licentia, &

& ab hoiusmodi pœnis contra tales impositis non possunt absolui, nec rehabilitari ab aliis, præterquàm à Sede Apostolica, aut à Sac. Congreg. Ita Sacra Congr. Regul. sub die 22. Augusti, & 7. Septembris 1603. Barbosa loco cit. nu. 3. & Spinat. ibid. Nota tamen, quòd collocutio de rebus indifferentibus cum Moniali per spatium vnius Miserere, & aliquod ampliùs, ratione paruitatis materiæ, non sufficit, ad incurrendam excommunicationem. Diana par. 3. tract. 2. de dub. Regul. resolut. 48. notab. 6.

23 Regulares Monialium Monasteria adeuntes absque Episcopi licentia in excommunicationis pœnam non incidunt, quam Episcopus suo edicto posuit; si Regulares habeant ex priuilegio, non posse ab Episcopo excommunicari: at aliàs sic excommunicati non possunt absolui à suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc

absolutionem reseruauerit, Sac. Congr. Concil. 9. Aprilis 1587. Barb. ℣. Regulares quoad locutionem cum Monialibus, num. 6. Roder. tom. 1. q. 45. art. 2. Lezana tom. 1. cap. 25. nu. 35. & tom. 3. ℣. exemptio, num. 11. Peirinus ad Constit 6. Pii V. fol 267. num. 37, & tom. 3. fol. 474. num, 1. & Spinat.

24 Ex præfata Congregationis declaratione non colligitur, Episcopos, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, posse peculiari statuto prohibere Regularibus exemptis, sub excommunicationis pœna, ne cum Monialibus colloquantur, Diana loco cit. notab. 8. & consequenter Mendicantes excommunicationis pœnam super hoc latam ab Episcopo, non incurrunt, Peirinus cit. num. 37.

25 Nullam incurrunt pœnã, qui sine licentia loquuntur cum Abbatissis, vel aliis Monialium Præfectis, vel cum Nouitia, vel per interpretem, seu per tertiam

tiam personam Moniales alloquuntur, vel eis scribunt, Diana ibid. notab. 2. 3. 4. & 9.

De Nouitijs.

1 LIcèt Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 16. dicatur, quòd finito tēpore Nouitiatus superiores, Nouitios, quos habiles inuenirint, ad profitendum admittant, aut è Monasterio eos eiiciant; nihilominus Nouitiatus tempus est Superioribus arbitrarium, ex Sac. Congr. Concil. 19. Iulii 1570. Intellige, quando Nouitii sunt inhabiles, vel quia non benè necessaria adhuc didicerunt, eadem Sac. Congr. 8. Nouembris 1569. dummodo spes probabilis sit, quòd efficiantur habiles infra sex menses, Passarell. in Priuil. Minimorum in can. Trid. can. 52. fol. 464. vel quia sunt infirmi, donec durèt probabilis spes, recuperan-

dæ ſantitatis, eadem Sac. Congreg. 31. Maij 1597. Peirinus tom. 1. Priuil. fol. 31. num. 81. & 82.

2 Nouitiatus, ſeu probationis annus debet eſſe integer, Sac. Congreg. Concil. die 1. Februarii 1631. Summendus eſt de momento ad momentum, ideſt, ab hora diei, in quo habitus ſuſceptio facta fuit, vſque ad eandem horam vltimi diei eiuſdem anni, Diana par. 3. tract. 2. reſolut. 57. cum concordantium caterua.

3 Ita quòd Sac. Congreg. 21. Ianuarij 1617. cenſuit, profeſſionem emiſſam à Regulari, non completo anno etiam per duas horas, eſſe inualidam, Lucerna Regular. ℣ Profeſſio, num. 13. Non tamen ſumendum eſt momentum mathemathicè, ſed moraliter; ita vt ſi Nouitius habitum ſumpſit hora Cōpletorij, eadem hora profiteri debet, licèt Completorium aliquantiſper acceleretur, dummo-

modo talis acceleratio malitiosè, & per dictum spatium non fiat.

4 Non est satis ad professionem emittendam compleuisse tercentum sexaginta quinque dies probationis in anno bisextili, vt putat Bartholom. à S. Fausto in Thesaur. Religios. lib. 5. quæst. 161. sed si Nouitij compleant probationis annum die 14. Februarij anno bisextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ pariter nuncupatur 24 idest 25. die; vndè professionem emittere non licere nisi die 5. in puncto diei 24. Febrarij anni præcedentis, declarauit Sac. Congr. Concil. in vna Patauina 5. Iulij 1617. & in alia Andegauen. die 2. Augusti eiusdem an. Lucer. Regul. ℣. Nouitij, num. 9.

5 Probationis annus debet esse continuus, vsque ad professionem inclusiuè, Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 12 cap. 2. q. 8.

q.8.Graff.decis.aur.lib.3.cap.5. num 15.Sanchez in Sum. tom.2. cap. 8. num. 4. ita, quòd perfecto probationis anno, ante tamen emissam professionem, si Monasterium exiret habitu Religionis dimisso, in se tamen reuersus, paulò post regrederetur, nouitiatus annum à Capite incipire deberet, Suarez tom.3.de Relig. lib. 5. cap.15. Vecch. in Praxi Nouit. disp.11. dub.4. quicquid dicat Bonacina de Clausur q 2.punct.10. diff.2. §. 2.

6 Non tamen interrumperetur probationis annus, si ex mala valetudine, de Superiorum licentia extra Monasterium per vnum mensem, vel aliquid amplius, maneret, Graff 1.par.lib.3. cap.5.num.18. Zonard. in Director. Theol. part.2.cap 10. Diana cit. resol.84. & ita à Sac. Congr. decisum testatur Vecch. loco cit.num 13.

7 Armendariz in addit. ad recompilat.leg. Nauar. lib. 2.

tit.

tit.18.lib.7.de Relig. num.13. decisum pariter innuit, quòd Nouitia ante professionem, de Superiorum licentia, curandæ valetudinis gratia, Monasterium egrederetur, regressa profiteri posset, ac si nunquam egressa fuisset.

8 Qui de proximo vult ingredi Religionem potest absolui à casibus Episcopo reseruatis, Vech.cit. disp.9.dub.7. num. 5. Diana de dub. Regul. resol. 46. Poterit etiam absolui ab onere soluendi debita, vel restituendi, si tunc restituendi facultatem non habet, & suis cedat bonis. D. Thom.2.2.q. vlt.art.6. ad 3. & Caiet. ibid. D. Antonin. & alii apud Dian. resol. 41. qui cum Sanchez putat, quòd si per biennium ille tantum lucrari posse, vt Creditoribus satisfacere valeret, saltem secundum maiorem partem, teneretur id facere: existimo tamen, quòd hoc nimium sit temporis spatium, præcipuè cum

cum eo, qui vero spiritus feruore, & non aliis respectibus Religionis habitum postularet. Verum est tamen, quòd si post Religionis ingressum hęreditate, legato, donatione, &c. Religioso aliquid acquiratur, tenetur Monasterium illius debita soluere.

9 Et licèt ab his debitis absolutus fuerit, si postea habitum Religionis dimittat, in pristinã soluendi obligationem recidit; quanquam non reincidat in censuras, & iregularitates, à quibus, priuilegiorum virtute, absolutus fuerat, vt etiam tenet Diana ibi resol. 44.

De diuino Officio.

1 PRælatus Regularis iubere potest Fratribus Clericis imperitis, vt Laicorum Officium dicant, & deobligare ab Officio Chori, ex Clem. VII.

Ca-

Cafarub in comp. ℣. Moniales.§.3. Portell.in dub. Regul. ver. Hora Canonica, num 15.& Peirinus tom 3. Priuil.fol.435. num.5 .contra Rodriq; in Sum. tom,3.cap.194.concl. 13.

2 Non est necesse, quod Officium diuinum priuati recitans ita verba proferat, vt seipsum audiat: sed sufficit formare verba intra labia, & dentes, eaquè distinctè ibi proferre, siue seipsum audiat, siue non. Nau. tom.com.de or. cap. 19. num.88.& cap.20.num. 14. vbi de iure communi id fieri posse, ait, in cuius confirmationem adest etiam Priuilegium Leonis X apud Roder.tom. 1. q.Regul.q.42.art.4.Vide Peirinū tom.1.Priuil fol.205.num.4.

3 Recitans Matutinum sequentis diei, antequam sit persolutū Officium præsentis diei, saltem venialiter peccat; quia ordo ab Ecclesia institutus maximè inuertitur; si tamen aliqua iusta causa adsit, etiam à

ve-

veniali excuſatur. Suarez. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 24. num. 3. Molfeſ. tom. 1. Summæ tract. 5. cap. 2. num. 27. & Peirinus ibi nu. 5. Vaſq. opuſc. de Benefic. cap. 4. §. 1. art. 6. num. 6. Villalob. tom. 1. tract 24. dub. 13.

4 Si Regulares per defectum viſus, vel auditus integrè non valent recitare diuinum Officium in Choro, non tenentur illud omiſſum iterum perſoluere (dummodo non ſit pars valdè conſiderabilis) ſed ſufficit dicere vnum Pſalmum in fine Horarum, Sixtus IV. Innoc. VIII. & Alex. VI. Nauar. cit. cap. 19. num. 84. & Peirinus num. 7.

5 Si quis in caſu particulari, v. g. ratione prædicationis, vel audientiæ Confeſſionum in populorum concurſu, vel Sacræ Theologię, aut ſacrorum Canonum ſtudiis quis ob peculiarem animarum fidelium vtilitatem inſiſtens, Officium perſoluere non poſſet, poteſt ſu-

super hoc à Prælato dispensari, commutando Officium in sex, vel septem Psalmos, aut in septem Orationes Dominicas, & Symbolum Apostolorum, bis recitādum. Ita ex Clem. VII. Peirinus num. 9.

6 Præceptum non adimpletur, si pro Officio vnius feriæ recitatur Officium alicuius Sancti, vel alterius feriæ, Filiarch. tom. 1. par. 1. lib. 1. cap. 1. cōclus. 6. Filiuc. tom. 2. tract. 23 cap. 8. num. 186. & alii apud Lucerna Regul. ver. Horæ Canonicæ, nu. 15. nisi tamen quis anaduertenter, aut ignoranter, vel ex aliqua probabili causa variet Officium, Suar. & alij apud eundem num. 16.

7 Qui inter Horarum Canonicarum recitationem Superioris iussu, vel ex officio occupantur in sonandis Organis, pulsandis campanis, thurificandis Altaribus, vel alijs Ecclesiasticis functionibus, recitandi obligationi satisfaciunt, si

ali-

aliquam diuini Officij partem non protulerunt, vel non audierunt, Reginal. lib 18. num. 160. in fin. Molfes par. 1. tract. 5. cap. 2. num. 21

8 Leo X. concessit, quòd Religiosi soluentes Officium Diuinum per librum consequantur remissionem dimidiæ partis peccatorum commissorum illa die, qua prædictum Officium soluunt. Martinus V. concessit soluentibus Officium diu. in Choro cum aliis pro qualibet hora centum dies Indulgentiæ Ioan. XXII. concessit inclinantibus, quando nominatur nomen Iesu 40. dies Indulgentiæ, & totidem similiter inclinantibus cùm in fine Psalmorum dicitur Gloria Patri, &c. & totidem dicentibus Aue Maria ad sonum cāpanæ, Casarub. in Comp. ver. Off. diu. num. 2 & 3. Peirinus num. 8.

9 Cùm in Capitulo Generali Toleti celebrato 1645. Beata Virgo sub Conceptionis titulo

tulo in Protectricem Ord. Min. Obseru. & Reformat. assumpta sit, si illius festum venerit in 2. Dom. Adu. fiat de ea cum commem. Dominicæ. In Sabbato autem proximè sequenti pro Vespere dicuntur Antiphonæ de Sabbato cum Psalmis feriæ à Capitulo de 3. Dom. cum commemor. Octauæ Concept. &c. ℣. vt in primis Vesp. festi, & similiter in Laudibus, & 2. Vesp. eiusdem Dom. fit cõmemor. Octauæ, &c.

De Oratione Quadraginta Horarum, & de Ordinandis.

1 EVcharistia exponi non potest à Regularibus solemniter, nisi ex causa publica, ab Ordinario probata, dummodo etiam semper ardeãt duodecim lumina, Sac. Congreg. Rit. in vna Camerinen. 28. Octobris 1594. & 26. Februa-

bruarii 1628. Gauant. in Manual. Episcop ℣. Eucharistia, num. 55. Lucerna Regular. ver. Eucharistia, num. 3.

2 Exponere autem Eucharistiam ex causa priuata possunt Regulares, dummodo è tabernaculo non extrahatur, & velata remaneat, ita, vt Sacrosancta Hostia, vel Particulę videri nequeant, eadem S. Congr. in vna Nouarien. die 4. Martii, & 13. Maii 1603.

3 Nequeunt Ordinarii constringere Regulares, ad interueniendum Orationi Quadraginta Horarum; sed in propriis Ecclesiis iidem Regulares huiusmodi Orationem celebrent, Sac. Congreg. Regul. 20. Octobris 1619.

4 Die 3. Iunii 1598. S. Congreg. Concil. censuit, Superiores Regulares posse, suo subdito, qualitatibus, à Iure requisitis, prædito literas dimissorias concedere, vt ab Episcopo Diœcesano, vel eo impedito, vel

vel Ordinationes non habente, vel Sede vacante, à quocunque alio Episcopo Ordines suscipere valeat.

5 Eadem Sac. Congreg. 20. Maij 1592. respondit, in Conc. Trid. nullam esse præstitutam ætatem, primæ Tonsuræ, & quatuor Minoribus Ordinibus; sed esse attendendum, quæ à sacris Canonibus præscribuntur.

6 Eadem Sac. Congr. 5. Februarij 1593. censuit, eos, qui ad Subdiaconatus Ordinem quatuor Temporibus Quadragesimæ promoti fuerint, posse anno subsequenti eiusdem quatuor Quadragesimæ Temporibus ad Diaconatum promoueri, licèt annus naturalis integer tunc lapsus non fuisset.

De Patribus.

1 PAtres, qui fuerunt Ordinis Procuratores Generalis, Diffinitores, Secretarij

Reuerendissimorum per triennium Ministri Prouinciarum, Guardiani Hierusalem nullum habent votum in Capitulis, & Congregationibus Prouincialibus, in electionibus Vicariorũ, & Commissariorum Prouinciarum, & Custodum, ad Generale Capitulum mittendorum, & in decisionibus causarum, &c.

2 Clemens VIII. incip. Seraphicum Ordinem, 10. Aprilis 1600. annullauit Statuta in fauorem talium Patrum, habita in Congr. Neapolit. anno 1590. & in Capitulo Vallisot. 1593. & quæcunque alia statuta, & Constitutiones Generales, & Prouinciales, in fauorem supradictorum Patrum, quibus concedatur aliquod votum, siue electiuum, siue decisiuum, siue consultiuum, imposterum ab ipsa Religione habenda; irritum, & inane decernens quicquid secùs super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel igno-

ignoranter contigerit attentari, &c.

3 Gregorius XV. in Constit. incip. Militantis Ecclesiæ, 25. Februarij 1622. à supradictis Patribus omnem vocem actiuam, &c. in Diffinitorio, ac Prouincialibus Capitulis abstulit. Permisit tamen Ministris Prouincialibus, Officio functis, in suorum laborum recognitionem, vt in Diffinitorio solius Capituli, in quo suum explent munus, tantummodo vocem habeant; & ex officio solummodo præcedentiam consequantur; nulloquè alio priuilegio, vel fauore gaudeant. Mandans in virtute S. obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis, & priuationis officiis, Superioribus, vt omnia in dictis literis contenta obseruari faciant, & alij, ad quos spectat, obseruent. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c.

4 Idipsum confirmauit Vrbanus Octauus in Constit. incip. Onerosa Pastoralis officij cura, die 22. Iulij 1639. & altera de restituendo candore incip. Militantis Ecclesiæ, 1. Iunij 1640. vbi, vltrà vocis ablationem, declarauit, ex officiis, quibus functi sunt, nullum aliud in ipsis remansisse, vel remanere, aut eos prætendere posse ius, arbitrium, super intendentiam, intelligentiam, vel quocunque alio nomine nuncupetur, præminentiam in Prouinciis, Conuentibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus, &c.

5 Nec dici potest prædictam Gregorii XV. Constitutionem non esse in vsu; primò, quia Vrbanus VIII. supradictis duabus Constitutionibus, à se datis, mandauit, contentum, & ordinatum in ipsa, seruari. Secundò, quia Sac. Congreg. Card. die 14. Martii 1630. mãdauit prædictam Gregorii Consti-

sti-

ſtitutionem ſeruandam, non obſtante quauis contraria conſuetudine, Spinat. tit. de Patribus.

6 Imò anno 1638. nonnulli Patres huiuſmodi in Prouincia Calabriæ voluerunt intereſſe Capitulis, & in Guardianorum electione dare votum, & declarati fuerunt incuriſſe in cenſuras, & pœnas, in prędicta Gregorii Couſtitutione contentas, vt habetur in lib. Archiu. Procur. Ord. Ara Cæli lib. 1. nu. 26. & 28. Spinat. ibid. Aduerte tamen, quod huiuſmodi incurſionis declaratio de facto facta fuit ab Em. Card. Barberino Ordinis noſtri Protectore per ſimplices literas datas ſub die 18. Auguſti 1638. habito tamen prius verbo cum Sanctiſſimo (vt ibi dicitur) ad effectum, vt illius Capituli actiones, & electiones confirmaret, prout confirmauit.

7 Cęterùm in Prouinciis Vltramontanis idem Vrbanus VIII.

in præfata Const. Onerosa duos Patres restituit, vnum scilicet, qui in Prouincia dignior sit, & qui inter Prouinciæ Patres primum sibi vendicat locum, qui quidem semper in Diffinitorio assistat; alterum verò, qui immediatè Ministeriatus officium expleuit, & absoluit, vt sequenti etiam immediatè triennio duntaxat eam obtineat dignitatem, & in Diffinitorio assistat. Isto autem quomodolibet deficiente, subrogetur, qui immediatè in eodem officio eum præcessit. Si autem illi digniori Patri alio titulo competat assistere in Diffinitorio, in eius locum ipso facto subrogatus est ille, qui eidem dignitate proximus fuerit.

8 Patribus officio functis aliquam præcedentiam conuenire, siue inter se, siue supra alios, patet, quia etiam in ciuibus, qui de præsenti non sunt in aliquo Ordine, vel officio, recurrendum est ad tex. 9. in

l.1.de Albo ſcriben. vt ille, qui functus eſt maioribus officijs, vel beneficiis, Abb in cap.certū, de maior. & obed.

9 Sicut enim, qui nonnullis honoribus functis ſunt, generali prærogatiua à præbitione ſordidorum munerum vendicantur, l.maximarum, C.de excuſat.muner. ita etiam alijs quædam conceduntur priuilegia, non quandiu militauerint, ſed quandiu vixerint, l.eam legem, & l.2.in fin. C. de priuil. eor. qui in ſacro Palatio militant. Et declarata quorundam officiorum paritate, cauetur, [vt cùm ad priuatam ſeceſſerint vitam, eorum locum eſse potiorē, qui alios promotionis tēpore, & codicillorum adeptione pręceſerint,] C.de Præfect. Prætor. l.1. Ita quod[dignitate depoſita, per plures in pari gradu dignitatis exiſtētes, ille eſt potior, qui prior fuit in dignitate electus,]Bartol. ibi, vbi Gloſ. quòd retineant aliquem dignitatis effectum,

 ait.

tit. facit tex. l. 2. eodem facit l. 1. C. de dignit. l. si fundum. C. qui pot. in pig. hab. l. petitionem. §. egredientem, C. de aduocat. diuersorum iudiciorum. & Bartol. in l. 1. C. de præpositis Sac. Cubicul. Idẽ etiã dic de Patribus officio functis, &c. Pro quo plura applicare poteris ex sequenti tit.

De Precedentia inter Regulares diuersorum Ordinum.

1 DE iure communi, Digniori debetur locus, & præcedentia, Glos. cum concordatis in cap. cum dilectus, ver. digniores de elect. Is autem dicitur dignior, ad effectum, vt cæteros antecedant, quem labor prolixior, vel antiquitas, vel alia similia fecerint anteire, l. nemo. C. de off. Magistri officiorum, cum aliis in prædicta Glos. adductis.

2 Secundum hanc regulam. Sacer Prędicatorum Ordo omnes alios Mendicantium Ordines, ratione antiquitatis, præcedere debet, vt potè confirmatus ab Honorio III. anno 1216. & declarauit Pius V. in Constit. 71. incip. Diuina disponente clementia, 27. Augusti 1568. Secundò precedit Religio Seraphica, ab eodem Pontifice approbata anno 1223. Quod etiam dic de aliis subsequentibus Mendicantium Ordinibus, habito respectu ad dignitatem ex antiquiori eorum approbatione, Glos. in c. quorundam.ver. Prædicatorũ. de elect. in 6. Rota in Oriolen. præcedentiæ 10. Martii 1600. coram Litta, & in Rom. præcedentiæ 24. Maii 1600. coram Lancellotto.

3 Verùm enim vero quia in dies publicarum functionum occasione iurgia, & lites inter Regulares oriebantur, ideo Sac. Congreg. Regul. habito etiam

respectu ad Constit.84. Gregorius XIII. incip. Exposcit, apud Cherub. Bull. fol. 469. prò submouendis litigiis, & scandalis, in Arben. 6. Martij 1582. in alia Soanen. 24. Maii 1583. in alia Cassanen. eodem die, & anno. & in alia Ferentinen. die prima Iunii 1604. Decreuit, vt illi Regulares (siue Dominicani sint, siue alii) præcedant, quorum priùs in Ciuitatibus, & locis Conuentus, seù Monasteria erecta, & fundata sunt. Tandem Vrbanus VIII. in Constit. incip. Nuper pro parte, sub die 18. Decembris 1637. (præinsertis omnibus præfatis Sac. Congreg. prouisionibus, & facta expressa mentione prædicti motus proprii Greg. XIII.) his omnibus robur adiecit, & statuit, vt quicunque sunt in possessione præcedentię præcedant; & vbi non probatur, aut de possessione non constat, præcedant ij, qui in loco controuersiæ antiquiores sunt. De-

cer


cernens irritum , & inane , si secùs super his à quoquam , quauis auctoritate , scienter, vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus, &c. Hęc intellige de Monasteriis , non de simplicibus domibus , Sac. Congr. Regul in Auximana. 8. Maii 1584. quia simplici domui nulla competit pręcedentia.

4 Fratres Minores Obseruãtes (& consequenter Reformati , qui sub eodem Generali viuunt (præcedunt Minores Conuentuales, vigore Bullarum Leonis X. quarum vna incip. Omnipotens Deus, & altera, Licèt. dat. an. 1517. Quibus adde aliam eiusdem Pontificis incip. Et si prò iniunctæ, an. 1521. in qua declaratur, Obseruantes succedere in omnibus , & singulis prærogatiuis præcedentiæ , quibus potiebantur Conuentuales , quando eorum in posse residebat Ministri Generalis officium. Tambur. de Iu-

re Abb disp. 25. quæsit. 8. n. 4. tom. 1. Lucerna Regul. ver. Præcedentia, num. 12.

5 Super his adiectus est alius eiusdem Pontificis motus proprius sub die 6. Decembris 1517. incip. Vniuersis, & alia Constit. prò præfatorum omnium obseruantia incip. Vniuersis Archiepiscopis, die 11. Aprilis 1518. Hinc est etiam, quòd in Cappella Pontificia Procurator Generalis Obseruantium præcedit Procuratorem Generalem Conuentualium, vt declarauit Sac. Rituum Congreg. 25. Ianuarij 1602. Barb. de iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 43. num. 184.

Decretum Sacræ Rituum Congreg. sub pręcedentia seruanda vbique inter Regulares in publicis Processionibus, & funeralibus.



6 ORta aliàs controuersia inter PP. Reformatos S. Franc. ex vna, & nonnullos Regulares Ciuitatis Salernitanæ partibus ex altera de, & super iure præcedendi in publicis Processionibus, & Funeralibus, quando Reformati non incedant cum Familia Minorum Obseruant. S. Rit. Congreg die 10. Decembr. 1629. respondit, præcedentiam semper dandam esse dictis Fratrib. Reform. Minorum Obseruant. processionaliter, siue funeribus incedant, & ita vbique seruari mandauit.

7 Cui Decreto non acquiescentes PP. S. August. B. Mariæ de Carmelo, S. Franc. de Paula, B. Petri de Pisis, & B. Ioannis Dei, litis consortes, existentes in Ciuitate Salerni, & renuentes dare præcedentiam Fratribus Reformatis, S. Laurentij dictæ Ciuitatis, quotiescunque

que incedant ſub propria Cru-ce, & ſine Fratribus Obſeruant. de familia, adiuerunt Sacram Rit. Congregat. vt declarare dignaretur, cui danda ſit præcedentia; & propoſita iterum cauſa die 21. Aprilis 1646. per Emin. D. Card. Rondaninum, pluries citatis, & auditis in Iure, & in facto Procuratoribus Generalibus Ordinum ambarum Partium, Emin. Patres S. Rit. Congregationi Præpoſiti confirmandum eſſe ſupradictum Decretum 1629. cenſuerunt.

8 Sed cùm PP. S. Auguſtini, & litis conſortes, vt denuò reuideretur huiuſmodi quæſtio, inſtanter ſupplicaſſent, placuit Emin. Patribus nouam audientiam eis concedere. Vnde tertia vice propoſita præfata cauſa per eundem Emin. D Card. Rondaninum, & acerrimè vtràque parte informante, Sac. Ritum Cong. ſtetit in deciſis, die 15. Decemb. 1646.

A. Card.

A.Card.Capponius.

Locus † Sigilli.

M.Gallius S.Rit.Congr.Secret.

9 Præcedentia inter Moniales oritur à die professionis, nec a tempore habitus receptionis, quòd si ambo simul professionem emitterent, per priùs ad habitum admissa præcedentiam habere debet: & si vna eademquè hora omnes admissæ fuerint, data pariter singularum professionis paritate, tunc præcedentia debebitur ei, quę per priùs in Capitulo acceptata fuit. Ita determinauit Sac. Congr. Concil. in vna Paduana 1608. Lucer. Regul. n.21.

10 Quò verò ad Regulares, secundum vniuscuiusque statum, præcedentia oritur à die receptionis habitus, quia regulariter eadem hora subsequentis anni profiteri solent. Quòd si propter ætatem non sufficientem, vel infirmitatis causa, probationis tempus pro-

rogari contigerit, adhuc à die receptionis habitus precedentiæ tempus computandus est. Si verò duo, vel plures Nouitii eadem hora, & simul vel habitum assumpturi, vel professuri sunt, ne, qui habitum concedit, vel ad professionem admittit, priuato videatur permotus affectu, seniorem priùs ad habitum, & ad professionem admittat. Quòd si inter eos sit aliquis non ordinariç nobilitatis, & Prolapiæ, cæteris paribus, priùs hunc vestiendum esse, & in alio die alios ad habitum admittendos, videtur congruere, & æquitati, & rationi, quæ est anima legis, imò ipsã vincit legem, cap. veritate, dist. 8. Noster B. Io. de Capistrano in Spec. conf. p 2. num. 9.

De Prædicatoribus.

1 Die 4. Septembris 1597. Sac. Congreg. Concil.

cen

censuit in alijs Ecclesijs, quàm Cathedralibus, Episcopo non esse sublatam consuetudinem immemorabilem præsentandi, vel nominandi pro eis Prædicatorem. Et superiore anno 1596. die 11. Iunij censuerat, esse in electione Episcopi, vel deputare in sua Cathedrali Prædicatorem, etiam quòd populus illum ab immemorabili tempore eligere consueuisset; vel prætensam nominationem ipsi populo relinquere; ita, vt si Episcopus Prædicatorem eligat, populum ad eleemosynas Prædicatori erogandas non compellat. Verùm si populum prędictum facultate eligendi Prædicatorem vti permiserit, tunc populum ad solitas eleemosynas præstandas Episcopus cogere poterit. In aliis Ecclesijs ad Episcopum similiter pertinet electio, & deputatio Prædicatorum, impensis eorum, qui illas præstare, vel tenentur, vel solent, Peirin. tom. 3.
Pri.

Priuil. fol. 410. num. 14.

2 Cùm est dubium, quorum expensis sit conducendus Prædicator pro Quadragesima, debet Episcopus proprio sumptu illum conducere, Campanil. in diuers. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 16. Barb. de potest. Episc. par. 3. alleg. 76. num. 15. & alij apud Peirinus loco cit. At quia hic punctus quotidie lites parit, vt benè ait Peirinus, ab aliis decisionem pete.

3 Mendicantes prædicare possunt in Ecclesijs sui Ordinis, dummodo benedictionem petant ab Ordinario, licèt non obtineant, vel etiam contradicente Ordinario, nisi eadem hora Ordinarius prædicare velit, Pius V. in Constit. incip. Et si Mendicantium, quam non esse reuocatam, quoad hanc partem, per Const. Greg. XIII. incip. In tanta, apud Cherub. tom 2. Bull. fol. 370. tradunt Miranda tom. 1. Manual. q. 50. art. 3. Roder. tom. 3. q. Regul.

q. 32.

q.32.art.1.Peirinus tom.1. Prinil. fol. 22. num.20. & tom.4. fol.409.num.9. secum alios vehens, & argumentis in oppositum respondens. Et totum confirmauit Vrbanus VIII. in Constit. data die 30. Ianuarii 1629. apud Barbosa de iure Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 43. à num.210. & Peirinus cit. num.9. sicut decisum etiam fuerat à S. Congreg. Concil. 19. Ianuarii 1597.

4 In Ecclesiis autem non sui Ordinis prædicaturi ab Episcopo nedum benedictionem, verùm etiam licentiam obtinere debent, Concil. Trident. sess.24. cap. 4 de reform. Pius V. Constit. cit. & hoc volunt nostrę Regulæ verba cap. 9. [Fratres non prædicent in Episcopatu alicuis Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum.

5 Non tamen ex hoc sequatur, quòd, si Episcopus], vel eius Vicarius malitiosè nolit dictam benedictionem largiri,

vn

vndè se occultet, & verbis dilatoriis protrahat, quousque prędicandi tempus transeat, prædicari non possit; nam si alius Superior commodè haberi nequeat; tunc sine tali licentia prædicari poterit ex priuil. Clem. cap. dudum, de sepult. §. Si vero, & cum aliis Peiriuus cit. tom. 3. fol. 410. num. 13.

6 Cęterùm, si in alienis Ecclesiis sine Episcopi licentia, & in suis, sinè petita benedictione prædicauerint (dummodo Episcopi, vel Vicarii malitia non intercedat) poterunt hi censuris Ecclesiasticis, & pœnis contra eos procedere. Greg. XV. in Constit. Inscrutabili, 9. Febr. 1622. puniri etiam à suis Superioribus poterunt, si sinè eorum licentia in propriis Ecclesiis prædicauerint: facerent enim contra Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform.

7 Verùm enim verò Episcopi debent admittere prædicatores, & eis prædicandi licentia

tia deneganda non est, si fuerint idonei, vt decisum à Sac. Congr. refert Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauar lib. 3. de Prædicat. num. 5 & alij apud Lucerna Regul. ℣. prædicare, num. 10.

8 Prædicatorum idoneitas non est per examen ab Episcopis probanda; quia prædicatores Regulares Mendicantes ab eis examinare nequeunt. De prædicaturis in Ecclesiis suorum ordinum decisum fuit à Sac. Congr. Regul. in vna Clusin. 15. Iulii 1603. Quòd nec in alienis Ecclesiis prædicaturi examinari possint ab Episcopis, tenent Campanil. in diuersi iur. rubr. 12. cap 13. nu. 9. Barbosa de potest. Episc. allegat. 76. par. 3. num. 23. Miranda tom. 1. Manual. q. 50. art. 2. & sic expressè Statutum in Concil. Lateran. sub Leone X. ait Peirinus tom. 3. Priuil. fol. 409. num. 10.

De

De Prelatis.

1 PRælati Regulares habent eandem facultatem in suos subditos, quam habent Episcopi in suam Diœcesim, sibi attributam à Concil. Trid. Sess. 14. cap. 1. Ita eiusdem Concil. S. Congr. censuit sub die 3. Aprilis 1621. Pius V. Constit. 132. incip. Romani Pontificis. §. 3. tom. 2. Bullar. Cherubini fol. 345. Glos. in Clem. 1. de rebus Eccles. non alien. vers. proprii. cap. Abbates, de priuil in 6. & Glos. ibi ver. Quasi Episcopalem, excepto tamen quoad Ordinum collationem, & Chrismatis confectionem, & Sacramenti Confirmationis administrationē, ac Calicum, & Patenarum consecrationem.

2 Prælatis Ordinis Minorum ab Eugenio Quarto demandata est cura Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis S. Francisci, tàm tunc præsentium; quàm futurarum; & rationem

red

reddidit; quia certo experimento illi constabat, saluberrimam gubernationem sub prędictorũ Fratrum cura habuisse, & habituras speraret, vt constat ex extrauaganti Ordinis, ex reuelatione habita in eodem libro 1. Hæc concessio habetur in lib. Monum. Ordinis fol. 39. & Roder. tom. 1. q.q. Regul. quæst. 8. art. 8.

3 Insuper Iulius II. Prælatis Minorum curam Monialium Conceptionis commisit, in cap. 4. earum Regulæ illis vsus verbis, eaque reddita ratione: Volumus etiam, quia ex quo Fratres Minores indefesso studio, & vigilantia puritatis, & innocentiæ Dei Genitricis defensores existunt, quòd Vicarii Generales in suis Vicariis, & Prouinciales, & Custodes in suis Prouincijs, & Custodiis sint Visitatores huius Sãctę Religionis, quibus Moniales teneãtur firmiter obedire, &c.

4 Ex his omnibus colligitur, quòd si de nouo consti-

tuantur aliqua Monasteria S. Claræ, Tertii Ordinis, & Conceptionis, ipso facto subdantur Prælatis, & Prouincialibus Capitulis illius Prouinciæ, in qua erecta sunt, absque alia noua prouisione. Hinc fit, quòd prædictæ Moniales nequeunt gubernari à Diœcesani, absque speciali Sedis Apostolicæ auctoritate, Roderic. loco cit. art. 9.

5 Prælati Regulares nequeũt sibi reseruare alios casus, nisi à Clem. VIII. in suo Decreto de casum reseruat. 26. Maii 1593. sine speciali Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu. Dubitarunt nonnulli, an possint precipere aliquid sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrenda, & sibi absolutionem reseruare sine Capituli Generali, vel Prouincialis consensu? Affirmat Suarez, negat Sanchez 6. in decal. cap. 1. num. 15.

num.15.& Peirin.tom.2. Priuil. fol.394.num.10. Post quos reperi, quòd Sac.Congr.Regul.die 7. Iulii 1617.Em. Bandino referente, etiam censuras in supradicto Decreto comprehendi, censuit.

6 Nihilominus, si aliqui casus particulares, v.g. aleis, vel taxillis ludere, alii consimiles, aduenirent, qui, & regulari disciplinæ aduersentur, vel scandalum causant. Vel quando fama, aut clamorosa insinuatio fert, in aliquo Monasterio esse aliquos notabiles defectus, de quibus inquirens Superior, Religiosi illos reuelare nolunt; non video, cur Prælati in his, vel similibus perniciosis casibus eos reseruare, & sub excommunicationis pœna præcipere non possit etiam extra Capitulum. Lex enim generalis Clementis VIII. non discordat ab aliis legibus, quæ generaliter latè, casus particulares, tàm in ligando, quàm in

absoluendo , comprehendere non intendunt. Patet ex doctrina Scoti in 1.dist.44.q. vn. à lit. D.facit tex. [l.quæ fortuitis.ff. de pignoritia act.cap venientes, de iureiur. & alii plures , vt in cap.pastoralis.de except.] quia vniuersaliter, quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio , & remedio,[cap.insinuante. de off. deleg.l.de ætate.§. ex causa.ff. de interdictis act.l.1.ff.de venire inspicien.& cap. miramur.61. dist.]

7 Propterea hanc Clementis Constitutionem (quantùm ad istam restrictionem , & limitationem) in nostra Religione non videtur esse receptã ; cùm sæpè sæpiùs casus particulares euenire contingat , qui propter bonum regimen statim, ante Capitulum Generale , aut Prouinciale necessariò sunt reseruandi; si enim non reseruarentur, Religio maxima pateretur incommoda, Roder.tom.1 q 21. art.2.

Ad

8 Aduertendum tamen est, quòd hæc reseruandi casus facultas non extenditur ad Guardianos: nam in Capitulo Generali Assisij celebrato an. 1526. sequens statutum auctoritate Apostolica factum est. [Ordinatur, & mandatur auctoritate Apostolica; & totius Capituli Generalis, quòd nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquem; sed solus Minister Prouincialis id poterit.] Rodericus ibidem.

9 Prælati non possunt eximere subditum à suis Prælatis, Syluest. ver. causa casu 5. ex Decreto Gregorii Papæ, in cap. frater. 16. q. 1. Quare prouinciales nequeunt eximere Religiosum in Conuentu aliquo commorantem, ne omnino obediat suo Guardiano, & Priori. Nec Generales possunt eximere Guardianum, ne sit subditus Prouinciali, in cuius Prouincia existit. Rodericus cit. tom. 1. q. 23. art. 3. Verumta-

men eſt, quòd Generales, vel Prouinciales, quoad aliquid, ſubditum à Prælatis inferiori bus eximere poſsunt, v g. vt ſi in aliquo fuerit præoccupatus delicto, cauſa ad ipſum Gene ralem remittatur; & ſi in ali quo miniſterio occupatus fue rit, ab ipſo minimè perturbe tur.

De Priuilegijs.

1 OMnia ac ſingula priui legia, indulta, gratiæ, facultates, ac indulgentiæ vni, aut pluribus domibus Ordinis Minimorum à Summis Ponti ficibus conceſſa, aut conceden da, omnibus, & ſingulis aliis dicti Ordinis domibus conceſsa intelligu tur; Iulius II. Con. ſtit. incip. Dum ad ſacrum, 5. kal. Auguſti 1506. & in alia in. cip. Alias venerabilem, 29. Mar tii 1507. Clem. VII. in Con. ſtit. incip. Deuotionis augmen

tum,

tum, 22. Septembris 1532. & Paulus III. in Constit. incip. Regimini militantis. 25. Iulii 1540. Idem concessit Alexander VI. Congregationi S. Iustinæ. Omnes autem Mendicantes hoc gaudent priuilegio.

2 Pius IV. anno 1507. pridie nonas Iunii Congregationi Montis Oliueti concessit, [quòd sicut contra Romanam Ecclesiam nõ nisi centenaria currit præscriptio, secundùm constitutiones canonicas, & legitimas sanctiones; ita quoque prædicto Monasterio minoris temporis præscriptio non obsistat.] Quod Eugenius IV. etiam Monasterio S. Pauli extra muros concesserat. prout ex lib. priuil. Congreg. S. Bened. refert Roderic. tom. I. q. 36. art. 3.

3 Nota autem, quòd ad præscribendum in præiudicalibus (quoad bona Ecclesiastica) vltra dictum tempus centum annorum, erat necessarium, vt in prescriptionis principio præ-

ſcribentes haberent, & titulum & bonam fidem, quæ de iure Canonico omni tempore requiritur, c. poſſeſſio. de reg. iur. in 6. vbi communiter DD. Bart. in l. naturaliter de vſu cap. Abb. in l. vlt. de præſcript. & alii, cui magis, quàm iuri ciuili ſtandum eſt.

4 Quoad priuilegia verò eſt aduertendum, quòd ſicut renuncians priuilegiis ſuo Ordini immediatè conceſſis, non præiudicat aliis Ordinibus participantibus, vel communicantibus; ſic etiam ſi aliquis Ordo illis non vtatur, Panorm. [in cap. cùm acceſſiſſent. de Conſtit. in fin.] Syluest. ℣. priuilegium. §. 11. & colligitur ex Innoc. in c. accedentibus. de Cõſt. Ad hoc autem, quòd amittantur priuilegia, requiritur, vt ſciantur, & voluntas illis non vtendi, aliàs nulla erit præſcriptio, ſi priuilegio vni Ordini conceſſo, alia Religio participans non vtatur, quia talis pri-

ni-

uilegii non habet notitiam, Roder. tom. 1. q. q. Regul. q. 8. art. 4. & q. 55. art. 19.

5 Secùs tamen dicendum est de Procuratoribus, Syndicis, Oblatis, Commissis, & vtriusque sexus Tertii Ordinis personis, ac familiaribus, qui eisdem priuilegiis, immunitatibus, gratiis, fauoribus, concessionibus, facultatibus, & indultis spiritualibus, & temporalibus, Fratribus concessis, gaudent, quatenus eorum sexui, & statui non contradicunt, ex concessione Sixti IV. in Constit. incip. Sacri prędicatorum, 7. kal. Augusti 1479. Qui nostras Ecclesias visitantes easdem Indulgentias lucrantur, quas lucrarentur, si visitarent Ecclesiam S. Mariæ de Populo Vrbis, ex Leonis X. in Constit. incip. Dudum per nos, 20 Decembris 1519. Tunc enim, & isti talia priuilegia perderent, si Religio, vel per renunciationem, vel per legitimum non vsum

illa amitteret. Rodericus loco nuper cit. art. 22.

6 Leo X concessit, quòd Generalis Fratrum Minorum in Capitulo Generali, & quilibet Prouincialis in Capitulo Prouinciali (de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis) declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius concessionis viuæ vocis oraculo factæ abstineri debeat, ac si concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset, Roder. tom. 1. q. 9. art. 2. Quando priuilegiis renunciari non possit, vide Peirinum tom. 1. de priuil. fol. 83. num. 10. 11. & 12.

7 Vrbanus VIII. in Constit. incip. Inter cæteras, sub die 23. Iulii 1639. abrogauit omnia priuilegia personalia Fratribus Minoribus concessa, exceptis tamen Imperatoris, & Regum Prædicatoribus, & Confessariis, in virtute S. Obedintiæ, ac sub excommunicationis, priuationis officiorum, vocisque

quæ actiuæ, & passiuæ pœna præcipiens omnibus Superioribus, tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, ne talibus priuilegiis quenquam vti sinant.

8 Pariter omnia priuilegia Fratribus particularibus in Regnis Hispaniarum concessa, propter quæ à suorum Prælatorum obedientia eximebantur; è Monasterii cum socio sibi benè viso egrediebantur, vel ad alia Monasteria pro libito transferebantur, etiam non petita suorum Superiorum licentia; nec Choro, & alijs spiritualibus exercitiis, minusquè Refectorio cum alijs intererant, omnibus cuiuscunque Ordinis Religiosis reuocarat idem Vrbanus in Constit. incip. Pastoralis officij, die 30. Iulij 1626.

9 Ex qua Constitutione cum Portella 2.p. casuum, casu 31. aduertentia 4. num. 13. & 16. Peirinus tom. 3. Priuil. fol. 508. num. 3. notat, quòd Nuncij Pa-

pæ nequeunt ampliùs aliquod priuilegium Fratribus particularibus concedere. Et aduertit, quòd extrà Hiſpaniarum Regna hæc conſtitutio non obligat, etiam ſi Regna ſint Hiſpaniarũ Regi ſubiecta.

10 Per hoc tamen non reuocantur priuilegia Regentibus, Lectoribus, etiam Iubilatis, Studentibus, ſeu ſtudiorum cauſa occupatis,& aliis Patribus grauibus per Capitula Generalia, aut Prouincialia, vel Diffinitoria, conceſſa. Nam Papa hæc Capitula non exprimit Portell. loco cit. num. 10. Peirinus ibidem num.2.

11 Per Concil. Trid. ſeſs.25. cap 12. non ſunt reuocata priuilegia Mendicantium celebrandi tempore interdicti, cum aliis Diana par.3.tract.2. de dub. Regular.reſol.133.

De

De Processionibus.

1 PRocessiones vbi faciendæ, Regulares etiam exempti tenentur ad illas accedere, vt in Conc. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 13 & pluries statuendo determinauit Sac. Cong. Regul. præcisè in vna Legionen. 24. Septemb. 1605. in Ferrarien. 27. Iulii 1609. in Toletana 4. Iulii 1615. à qua obligatione excipiuntur Patres Societatis Iesu, Greg. XIII. in Constit. 36. incip. Quæcunque sacrarum, sub die 16 Iulii 1576. Clerici Congregationis S. Pauli Decollati, Sixtus V. in Constit. 5. incip. Rationi cōgruit, Kal Maii 1583. tom. 2. Bullar. Cherub. fol. 490. Monachi Sanctiss. Trinit. Cauen. Aldan. in compend. resolut. iur. canon. tit 8 num. 17. Canonici Regulares Lateran. Sac. Cong reg. 30. Iulii 1616. Religiosi Conuentuum, qui Collegia nuncupantur, Pius V. in Constit. incip.

Et si Mendicantium, & Clerici Regulares Pauperũ Matris Dei Scholarum Piarum, Vrbanus VIII. in Constit. 100. incip. Debitum, Kal. Iunij 1629. tom. 4. Bullar. fol. 431.

2 Idem Vrbanus VIII. in Constit. incip. Militantis, sub die prima Octobris 1641. Fratribus Minorum Strictoris Obseruantiæ Sancti Francisci inhibuit, vt ad quascuscunque Processiones, præterquàm ad Processionem in die festo Corporis Christi, aut aliquam aliam generalissimam non conueniant. Defunctorum corpora, exceptis iis, quæ in eorum Ecclesiis sepeliuntur, ad sepulturam minimè comitentur.

3 Instantibus autem iisdem Fratribus die 21 Maii 1646. Sac. Congr. Concil. censuit, Processiones generalissimas, ad quas dicti Fratres vigore præfati Indulti accedere tenentur, intelligendas esse de Processionibus, quæ fiunt in Rogationi-

ni.

nibus,& in die S. Marci, ac in Iubilæis; ad pluuiam, & serenitatem petendam: pro imminenti bello, peste, & simili. In Aduentu noui Episcopi, seu noui supremi Principis, & in die Tutelarium Ciuitatis, &c. Ita quòd præfatum Vrbani indultum redactum est ad terminos determinationis eiusdem Sac. Congr. Concil. factæ 22. Ianuarii 1598. & in vna Camerinen. 5. Augusti 1599. S. Cōgreg. Regul.

4. Cùm aliqua huiſmodi Processio fieri debet, Regulares conuenire debent, vbi processio incipienda est; nec extrà Ecclesiæ ianuam expectare, Sac. Congr. Regul. in vna Fanen. 6. Februarii 1590. & in alia ad Vicarium Vigeuani 13. Nouembris 600.

5 Tenentur quoque accedere in numero decenti, debito, & consueto, vt decreuit Sac. Congr. in vna Castellæ, & Legionen. 30. Augusti 1602. Barbosa

bosa de iure Eccles. vniuers. lib.1 cap.53 tit.de statu, & vita Regul. num. 166. Degentes autem in Monasterijs, quæ per dimidium miliarii distant à Ciuitate, non teneri, nec ab Episcopis compellendos esse, accedere ad processiones, censuit Sac. Congreg. Concil. 29. Maii 1600. & 21. Maij 1601. Piaseg. in praxi Episc. cap.3. num. 47. Riccius in praxi fori Eccles. part.1.num 2.resol.308.

6 An verò Episcopus possit excommunicare Regulares, nolentes ad Processiones accedere, & cum eis procedere per censuras Ecclesiasticas, negant Sanchez, Henriquez, Tamburin.de iur. Abbat. tom. 1. disput.19.q.7.num.7. Scortia, Peirinus, Portell. Villalob. Hieron. Rodriq. Quaranta, & Diana par.3.tract.2.de dub. Regul. resol. 76. Si autem Regulares ad processiones vocati, & inuitati non fuerint, nullo modo ad eas accedere tenentur.

Ro

Rodriq.tom 3.q.37. art. 1. in dub. Rugul. ver. Processiones, num.1.

7 Ex Sac. Rituum Congreg. die 17. Iulii 1640. certum est, non posse Fratres Minores molestari, neque prohiberi, ne faciant processiones, dummodo fiant intrà Claustra Monasterii, & septa Ecclesiæ; & ita seruari mandauit, prout in Archa lib. ab ann. 37. lib. 2. num. 96. Huiusmodi tamen Monasterii claustra, & Ecclesiæ septa non debent intelligi interiores horum partes, quia etiam extrà Claustra, & Ecclesiam fieri possunt. Sic semper practicari, se vidisse testatur. Portel. loco cit. num. 8. à quo non dissentit Villalob. in Sum. tom. 2. tract. 35. diffic. 5. nu. 9. Iacobus de Graffis consil. 20. de Regul. ait, Regularibus licere per triginta passus extrà Conuentus ambitum processionem facere. In hac Alma nostra Prouincia Romana extenditur regulariter extrà

Clau

Clauſtra vſque ad locum, vbi Crux Conuentus plantata eſt, qui locus æquiualet territorio, & totus Fratrum vſui commendatus eſt, ac in eo plantare arbores, vel alia facere, ſpectat ad Fratres. Vnde quia Tamburinus loco cit. diſp. 15. q.7. num.39. & Hieron. Rodriq. in compend. qq. Regul. reſol. 118. num 10. dicunt, in hoc ſtandum eſſe conſuetudini, prædictam noſtram conſuetudinem eſſe optimam cuiuſcunque legis declaratricem, etiam & nos dicimus.

8 Proceſſiones Sanctiſs. Corporis Christi in die illius ſolemnitatis à Cathedralibus tantùm fieri poſſunt, Sac. Congr. Rit. in vna Aretina 11. Decembris 1613. in Gaballicem. Inſulæ, 28. Auguſti 1615. & ſub die 18. Februarii 1617. Si prò aliquibus Religionibus non adſit aliquod ſpeciale priuilegium, Sac. Congr. Regul. in vna Mexican. 26. Iunii 1615. Lu-

cer-

cerna Regular. ℣. Processiones, num. 21.

9 Ex priuilegio Pij V. imò de illius mandato Patres Ordinis Prædicatorum dictam Processionem Corporis Christi in Dominica infrà Octauam illius solemnitatis faciunt, inhibendo quibuslibet alijs, ne eadem die eandem Processionem faciant. Verùm Gregorius XIII. in Constit. 10. incip. Cùm interdum, 11. Martij 1573. tom. 2. Bullar. Cherub. fol. 371. §. 2. motu proprio, & ex certa scientia, & non ad alicuius instantiam, [vniuersis, & singulis, Clero, & Clericis, ac personis Ecclesiasticis, tàm sæcularibus, quàm quorumuis Ordinum, Religionū, & Militarum Regularibus, vt (literis Pij prædecessoris huiusmodi non obstantibus (liceat ipsis, tàm die ipsa Dominica infrà Octauas Corporis Christi, quàm alijs totius Octauæ prædictæ diebus processiones suas celebrare; nec super eo, tā ab Ordinis Prædi-

di

dictorũ huiuſmodi, quàm aliis quibuſcunque perſonis, etiã præ dictarum, aut quarumuis aliarum literarum, priuilegiorum, vel conceſſionum prætextu, ſeu aliàs quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari, nec etiã aliquibus cenſuris, vel pœnis, etiam Eccleſiaſticis innodari, ſeu illas incurrere poſſint, tenore præſentium concedimus, & permittimus.] §. 3. caſſans, irritans, & annulans literas Pij V. ad effectum prohibitionis celebrandi huiuſmodi Proceſſiones; & §. 4. præcipiens in virtute S. Obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, nec non ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque pœnis arbitrariis præfatis Patribus inhibens, [ne per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè, quouis quæſito colore, vel ingenio, quominus præmiſſa liberè fieri poſſint, impedire audeant, vel præſumant.]

De

De Professione.

1 COgentes aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quancunque mulierem inuitam, vel ad ingrediendum, vel ingressas, ad profitendum Religionem, præterquam in casibus expressis, in cap de lapsis. cap. Episcop. 15. q. 6. cap. impudicas, & cap. si homo. 27. q. 1. excommunicantur per Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 18. Quam pœnam non incurrit, qui filiam naturalem hæredem institueret, ea lege, vt in Monasterium ingrediatur, aliàs si non ingrediatur, parua aureorum summa sibi relinquat: Concilii enim lex est contra cogentes per vim incussiuam, non per vim inductiuam, sicut est hæc libera legatio, ad quam naturalis filia nullum habet absolutum ius.

2 Similiter excommunicantur, qui prædictarum voluntatem, vel veli accipiendi, vel voti

emittendi, quoquomodo sine iusta causa impedierint ibidem, & in Concil. Tolet.3. can.10. & cap. puella, 20.q. 2. & cap. vlt. 32.q. 2. de his etiam statuitur.

3 Aduertendum autem est, quòd in his de Monialibus, & Mulieribus sermo est; & non de masculis, vt notant Bonac. de censur. disp.2.q.6. punc.3. Filiuc in quęst. moral. tract. 14. cap.5.q.7. Sanchez, à S. Fausto, & Barbosa apud Lucerna Regul. ℣. professio, n.29. Ideò cogentes filios, vel ad ingrediendum, & profitendum Religionem, vel ad exeundum ab ea, non incidunt in excommunicationem, Azor. Instit. moral. p.2.lib.2. cap.21. q. 15. Barbosa ad loc. Concil.

4 Professio emissa à Puella, instante Abbatissa, vel Monialibus suadentibus, completo, siue non completo probationis anno, cùm a Medicis ex præsenti morbo moritura iudi-

dicatur, nisi aliud obstiterit, & non per dolum, & circumuentionem (ad effectum succedendi in dote) ad profitendum inducta fuerit, est valida. Sac. Congr. Cōcil 26 Iunij 1621. & alii. Lucerna Regul. num. 42.

5 Professiones tacitæ non tolluntur Decreto Conc. Trid. sess. 25 de Regul. cap. 15. Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauar. lib. 7 tit. 18. de Relig. num. 6. & 8 lib. 2. Hæc autem professio efficitur, quoties Nouitius legitimæ ætatis probationis tempore in Religionis habitu voluntariè perseuerat, taliter, quòd tacita mente profiteri appareat, vel quia spontè, & scienter se ingerit in actibus, professis duntaxat conuenientibus, & id animo professionem emittendi; Rota in Vlysiponen. Professionis 1621. coram R. P. Merlino. Et ex Ordinum susceptione tacitam professionem induci, censuit Sac. Congreg. Regul.

in

in vna Beneuent. 20. Decembris 1619. Barbosa de iur. Eccles. vniuers. l. 1. cap. 42. à num. 156. & 167.

6 Qui Professionis tempore aliquod impedimentum (rupturę v. g.) non manifestauit à emissa professione, de illius nullitate reclamare nequit; quia licèt professio quatenus esset nulla, quòd non admittatur, integrare tamen tacitam, respondit Sac. Congreg. Card. in vna Perusin. 19. April 1619 sic etiam fini to Probationis anno (nulla reclamatione, aut protestatione ambarum partium interueniente (Nouitius intelligitur tacitè professus, eadem Sac. Congr. 18. Iulii 1619. Qui verò tacitam emiserunt professionem, ad expresse profitendum compellendi non sunt. Gallemart. in cit. cap 15. Trid.

7 Qui verò vel quæ defert habitum diuersum, & distinctum patenter ab habitu per professos, vel professas solito deferri

etiam

etiam expleto probationis anno, tacitè professus, vel professa nō intelligitur, Sacr. Congr. Concil. in Neapolitan. 9. Septemb. 1593.

8 Ex professione siue tacitè, siue expressè intra probationis annum emissa, non obligari aliquem neque in genere, neque in specie ad Religionem, censuit Sac. Congreg. Concil. die 10. Decemb. 1593. dummodo deindè tacita professio non interueniat, eadem Sac. Congregat. 22. Septemb. 1594.

9 Die 10. Decembr. 1593. Sac. Congr. Concil censuit, Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem professionis, teneri eam probare coniunctim coram proprio Superiore Religionis illius Monasterij, in quo professionem emisit; & coram Ordinario illius loci vbi existit Monasterium, in quo professus est. Et debet reclamare cum Religionis habitu, aliàs non auditur,

tur. Mirand. in Man. q. 30. art. 6. concl. 1. tom. 1. Barbosa de potest. Episc alleg. 104. num. 12. par. 3. Gratianus de forens. disceptat. lib 3. cap 413. Neque Apostatæ super hac nullitate audiendi sunt. Riccius in decis. Cur. Archiep. Neapol. 48 par. 4. & Gratianus loco cit. Sed ad Religionem regressi, Apostatæ pœnis priùs subijciantur, Naur. de Regular. Comment. 4. nu. 73. Sãchez de Matrim. lib. 7. distinct. 37. deindè audiantur.

10 Professionis nullitatem ignorans, aut aliquo modo impeditus intra quinquennium, pòst illud etiam reclamare poterit, affirmant plures apud Dianam par. 3. tract. 2. de dub. Regul. resolut. 63. dummodo à Summo Pontifice obtineatur restitutio in integrum; alias non poterit, vt declarauit Niger Ciriac. controu. for. 371. num. 37. tom. 2. Hieron. Roderic. in comoenp. qq. Regular. resol. 101. num. 71. Portell. in dub. Regular.

gular.ver. professionis nullæ reclamatio, num. 44.

11 Ad allegandum professionis nullitatem infrà quinquennium, sufficere solum metum reuerentialem, tradunt, & tuentur plures apud Dian. resolut. 92. Non desunt tamen contrarium sentientes apud ipsum; sed præcipuè apud Lucer. Regular ver. professio, num. 29. An professus per veram vim, & metum post quinquennium reclamare possit, vide Dian. ibi resolut. 6 .

12 Quòd quinquennium in professione expressè facta à die quo realiter emissa fuit, in tacita autem, à die, quo proprios professionis actus fecerit, computari debeat, probant Azor. instit. Moral. par. 1 lib. 12. cap. 4 q. 10. Barb. de potest. Episc. alleg. 104 num. 16. Bonac. de Claus. & pœn. eam violantib. punc. 10. diffic. 4. vbi ait, talem diem esse computandum de momento ad momentum.

13 Insuper obseruandum; quòd ignorantia reclamandi intra quinquennium, minimè probatur ipsius reclamantis iuramēto tradunt. Sanchez de matrim. lib 7 disp. 37. num. 14. Roderic. in addit. ad Summ. cap. 65. num. 6.

14 Sac. Congreg. Concil. 12. Martii 1598. censuit in causis nullitatis professionis, quæ intra biennium ab Ordinario, & Superiore Regulari non terminantur, esse locum decreto Concilij cap. 20. sess. 24. de refor. in princ. ℣. atquè omnino. Id autē non habet locum, si per Iudicem non steterit, quo minus in fra dictum tempus causam diffiniat, sed vel ob causæ qualitatem, vel partium cauil ationes sac. Congregatio enim censuit, si per Iudicem non stetit, partes alios Superiores adire non posse, Ioan. Gallemart. ad cit. loc. Concil.

15 Qui facit professionem irritam, & hoc sibi notum est, pec-

peccat mortaliter, si permittat, se ordinari Ordine sacro; ordinatur enim tunc sinè titulo patrimonij, quod est contra ius commune, & manet suspensus, Portell. Eman. & Hieron. Rodriq. Sayr. apud Dian. de dub. regul. resol. 113.

Quarta funeralis.

1 SAc. Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. decernit, quòd Monasteria 40. annis ante Concilium ædificata, & quartam funeralium soluere solita, non obstante quocunque subsequente priuilegio, ab huiusmodi solutione eam eximente, soluere teneantur. Quid de Monasterijs 40. annis citra ædificatis? Sac. Congr. Concil. ..alia Rossanen. 21. Septemb. 159.. sæpiùs respondisse, ait, non comprehendi Monasteria ędificata à 40. annis citrà, vel quæ in dies ædificantur, præ-

supposito, quòd sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralium Episcopo soluere non teneatur, Ioan. Gallemart. ad loc. Concil.

2 Aliam huiusmodi S. Congr. decisionem refert Roderic tom. 1. q. 4 Regul. q 39. art. 2 in iudicio approbatam per Christophorum de Mesa Cortes Canonicũ Cordubensem, tanquam Eminentissimi Cardinal. Carafæ manu subscriptam, & eius sigillo munitam.

3 Eadem Sacra Congreg. 11. Martii 1615. consulta à Parochis Montis S. Petri Angelorum Firmanæ Diœcesis Emin. Lãcellotto referente respondit, in torticeorum, seu cereorum Confraternitatum sæcularium, funera associantium, qualiter funeralem eisdem Parochis minimè deberi. Sed signanter pro nostris Fratribus Minoribus contra Episcopum Nolanum decisum fuit 2. Septemb. 1634.

à

à Sacra Congreg. quam decisionem refert eadem Sacra Congreg. in Hieracen. 17. Septembris 1638. prout in libro Procurat. Reform. S. Francisci Transtib. ab anno 1634. f. 57. à ter.

4 Super hoc adest decisio Rotalis in Liciensi. Quarta funeralium 11. Ianuarij 1618. coram Coccino in eadem Liciensi relata. Et certum est, iuxtà Sacræ Congregationis decreta, Fratres Minores non teneri ad quartam persoluendam; quia Nicolaus V. Alexander Sextus, Iulius III. & alij Pontifices eos ab huiusmodi solutione absoluerunt, prout habent Mirand. in Manual. Prælat. q. 48. artic. 6. concl. 45. Rodericus, & Gallemart. locis cit.

5 Hac deobligatione nihil decantatius. Videantur Rota decis. 112. par. 1. diuers. Rota in Hispalen. Quartæ funeralium 1590. coram Emin. Card. Pamphilio, Gutierez de Iurament. confirm. cap. 4. num. 3. parte 2.

decis. Sacra Congr. in recollect. à Farinac. Io. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 13. dubio 5.

6 Cur autem Sacrum Concil. Trident voluerit, vt Monasteria ante annos 40. solita soluere hanc Quartam, eam soluant ex Panormit. in cap. final. de consuet. numer 9. respondet Rodericus loco cit. quia non præscribitur consuetudine, nisi per annos 40. etiam contra Ecclesiam Parochialem. Contra nos autem præcisè non currit præscriptio, nisi per centum annos, ad instar Ecclesiæ Romanæ tum ex citato priuil. tit. de priuil. num. 2. tum quia quicquid est Fratrum Minorum, est Ecclesiæ Romanæ; ipsi autem nil aliud præter vsum habent. Ideoquè cum Parochi contrà nos nec titulum, nec bonam fidem; nec legitimam habeant allegabilem præscriptionem, non nisi cum obligatione restitutionis hanc Quartam prætendere possunt.

De

1 Regularis factus Episcopus nequit secum quidquam deferre ex his, quæ in Religione habebat, siue propria industria, siue patrimonio acquisita fuerint, cap. statutum, 18. q. 1. etiam quoad vsum, vel vsufructum, vt posteà mortis tempore restituantur Monasterio, Suarez tom. 4. de Religionis lib. 3. cap. 16. num. 22.

2. Episcopus Regularis non tenetur persoluere diuinum officium iuxtà suæ Religionis ritum; quinimo debet suæ Ecclesiæ ritum sequi, Abb. in c. pen. de vita, & honest. Clericorum, Azor. Instit. moral. lib. 10. cap. 7. q. 4. A S. Fausto in Thesaur. Relig. lib. 6. q. 194. num. 3. At ex Ordine Minorum ad Episcopatum assumptus, potest recitare Missas, & Officia Sanctorum sui Ordinis, dummodo Priuatim celebret in sua Capella, in festis dictorum Sanctorum,

gum, cum Missali, & Breuiario Romano, Sacra Congreg Rit. 6. Decembris 1631

3. Regularem Episcopum non teneri ad obseruantias Religionis, quò ad ieiunia, & huiusmodi, probabile existimat Diana de dubijs Regul. resolut. 61. quod etiam dixerat resolut. 50. vbi habet, illum fieri dominum reddituum Ecclesiasticorum, instar Episcoporum sæcularium. Hunc autem non gaudere priuilegiis Religionis, ex motu proprio Sixti V. refert Roderic. tom. 2. qq. Regul. q. 58. art. 4. & Indulgentiis Religionis non frui, idem asserit in addit. ad Summ. ver. Episcopus cap. 68. conclus. 10.

4. Regularis dans ex bonis Monasteriis, vel sua industria acquisitis, sui Ordinis Protectori, vel eius Auditori, aut Secretario, vt per eos aliquam dignitatem obtineat, est proprietarius, & simoniacus Homobon. tomo 2. sui exam. tract. 9.

cap.

cap. 5. q. 10. Et incurrit in pœnas contra largientes munera inflictas à Clem. VIII Peirin. tomo 3. priuilegior. folio. 448. num. 27.

5 Religiosi possunt esse testes in causis criminalibus, & ciuilibus. Fratrum sui Monasterii prò, & contrà, quando per alios testes res probari non potest, excepta causa capitis, c. Veniens, 2. de test. in fin. Portel. in dubio regul. ver. Religiosus. num. 6. & ita Sacra Congr. Regular 13. Iunii 1611. in vna Cornetana, vt Regularem quendam pro nefando delicto probando (criminis atrocitate attenta) examinari posse, Episcopo licentiam concessit, eiusdemq; iniungendum curauit, non tanquam Prouinciæ Vicelegatum, sed tanquam Episcopum, in hac re se habere debere, ita, vt casu, quo crimen præfatum probarent, non vltimi supplicii, sed perpetuarum Triremium pœna delinquens plectatur.

tur. Mirand. in Man. q. 30. art. 6. concl. 1. tom. 1. Barbosa de potest. Episc alleg. 104. num. 12. par. 3. Gratianus de forens. disceptat. lib 3. cap 413. Neque Apostatæ super hac nullitate audiendi sunt. Riccius in decis. Cur. Archiep. Neapol. 48 par. 4. & Gratianus loco cit. Sed ad Religionem regressi, Apostatæ pœnis priùs subiiciantur, Naur. de Regular. Comment. 4. nu. 73. Sãchez de Matrim lib. 7. distinct. 37. deindè audiantur.

10 Professionis nullitatem ignorans, aut aliquo modo impeditus intra quinquennium, post illud etiam reclamare poterit, affirmant plures apud Dianam par. 3. tract. 2. de dub. Regul. resolut. 63. dummodo à Summo Pontifice obtineatur restitutio in integrum; alias non poterit, vt declarauit Niger Ciriac. controu. for. 371. num. 37. tom. 2. Hieron. Roderic. in comoenp. qq. Regular. resol. 101. num. 71. Portell. in dub. Regular.

gular.ver. professionis nullæ reclamatio, num.44.

11 Ad allegandum professionis nullitatem infrà quinquennium, sufficere solum metum reuerentialem, tradunt, & tuentur plures apud Dian. resolut.92. Non desunt tamen contrarium sentientes apud ipsum; sed præcipuè apud Lucer. Regular ver.professio, num.29. An professus per veram vim, & metum post quinquennium reclamare possit, vide Dian. ibi resolut.6 .

12 Quòd quinquennium in professione expressè facta à die quo realiter emissa fuit, in tacita autem, à die, quo proprios professionis actus fecerit, computari debeat, probant Azor. instit. Moral. par.1 lib. 12.cap.4 q.10. Barb. de potest. Episc.alleg.104 num.16. Bonac. de Claus. & pœn. eam violantib.punc.10.diffic.4. vbi ait, talem diem esse computandum de momento ad momentum.

13 Insuper obseruandum; quòd ignorantia reclamandi intra quinquennium, minimè probatur ipsius reclamantis iuramẽto tradunt. Sanchez de matrim. lib 7 disp. 37. num. 14. Roderic. in addit. ad Summ. cap. 65. num. 6.

14 Sac. Congreg. Concil. 12. Martii 1598. censuit in causis nullitatis professionis, quæ intra biennium ab Ordinario, & Superiore Regulari non terminantur, esse locum decreto Concilij cap. 20. sess. 24. de refor. in princ. ℣. atquè omnino. Id autẽ non habet locum, si per Iudicem non steterit, quo minus infra dictum tempus causam diffiniat, sed vel ob causæ qualitatem, vel partium cauillationes sac. Congregatio enim censuit, si per Iudicem non stetit, partes alios Superiores adire non posse, Ioan. Gallemart. ad cit. loc. Concil.

15 Qui facit professionem irritam, & hoc sibi notum est,

pec-

peccat mortaliter, si permittat, se ordinari Ordine sacro; ordinatur enim tunc sinè titulo patrimonij, quod est contra ius commune, & manet suspensus, Portell. Eman. & Hieron. Rodriq. Sayr. apud Dian. de dub. regul. resol. 113.

Quarta funeralis.

1 SAc. Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. decernit, quòd Monasteria 40. annis ante Concilium ædificata, & quartam funeralium soluere solita, non obstante quocunque subsequente priuilegio, ab huiusmodi solutione eam eximente, soluere teneantur. Quid de Monasterijs 40. annis citra ædificatis? Sac. Congr. Concil. in alia Rossanen. 21. Septemb. 1591. sæpiùs respondisse, ait, non comprehendi Monasteria ędificata à 40. annis citrà, vel quæ in dies ædificantur, Præ-

ſuppoſito, quòd ſint eius Religionis, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, vt quartam funeralium Epiſcopo ſoluere non teneatur, Ioan. Gallemart. ad loc. Concil.

2 Aliam huiſmodi S. Congr. deciſionem refert Roderic tom. 1. q. 4 Regul. q 39. art 2 in iudicio approbatam per Chriſtophorum de Meſa Cortes Canonicũ Cordubenſem, tanquam Eminentiſſimi Cardinal. Carafæ manu ſubſcriptam, & eius ſigillo munitam.

3 Eadem Sacra Congreg. 11. Martii 1615. conſulta à Parochis Montis S. Petri Angelorum Firmanæ Diœcecis Emin. Lãcellotto referente reſpondit, intorticeorum, ſeu cereorum Confraternitatum ſæcularium, funera aſſociantium, qualiter funeralem eiſdem Parochis minimè deberi. Sed ſignanter pro noſtris Fratribus Minoribus contra Epiſcopum Nolanum deciſum fuit 2. Septemb. 1634.

à

à Sacra Congreg. quam decisionem refert eadem Sacra Congreg. in Hieracen. 17. Septembris 1638. prout in libro Procurat. Reform. S. Francisci Transtib. ab anno 1634. f. 57. à ter.

4 Super hoc adest decisio Rotalis in Liciensi. Quarta funeralium 11. Ianuarij 1618. coram Coccino in eadem Liciensi relata. Et certum est, iuxtà Sacræ Congregationis decreta, Fratres Minores non teneri ad quartam persoluendam; quia Nicolaus V. Alexander Sextus, Iulius III. & alij Pontifices eos ab huiusmodi solutione absoluerunt, prout habent Mirand. in Manual. Prælat. q. 48. artic. 6. concl. 45. Rodericus, & Gallemart. locis cit.

5 Hac deobligatione nihil decantatius. Videantur Rota decis. 112. par. 1. diuers. Rota in Hispalen. Quartæ funeralium 1590. coram Emin. Card. Pamphilio, Gutierez de Iurament. confirm. cap. 4. num. 3. parte 2.

decis. Sacra Congr. in recollect. à Farinac. Io. de la Cruz de statu Relig. lib 2. cap. 13. dubio 5.

6 Cur autem Sacrum Concil. Trident voluerit, vt Monasteria ante annos 40. solita soluere hanc Quartam, eam soluant ex Panormit. in cap. final. de consuet. numer 9. respondet Rodericus loco cit. quia non præscribitur consuetudine, nisi per annos 40. etiam contra Ecclesiam Parochialem. Contra nos autem præcisè non currit præscriptio, nisi per centum annos, ad instar Ecclesiæ Romanæ tum ex citato priuil. tit. de priuil. num 2. tum quia quicquid est Fratrum Minorum, est Ecclesiæ Romanæ; ipsi autem nil aliud præter vsum habent. Ideoquè cum Parochi contrà nos nec titulum, nec bonam fidem; nec legitimam habeant allegabilem præscriptionem, non nisi cum obligatione restitutionis hanc Quartam prætendere possunt.

De

De Regularibus.

1 Regularis factus Episcopus nequit secum quid quam deferre ex his, quæ in Religione habebat, siue propria industria, siue patrimonio acquisita fuerint, cap. statutum, 18. q. 1. etiam quoad vsum, vel vsufructum, vt posteà mortis tempore restituantur Monasterio, Suarez tom. 4. de Religionis lib. 3. cap. 16. num. 22.

2. Episcopus Regularis non tenetur persoluere diuinum officium juxtà suæ Religionis ritum; quinimo debet suæ Ecclesiæ ritum sequi, Abb. in c. pen. de vita, & honest. Clericorum, Azor. Instit. moral. lib. 10. cap. 7. q. 4. A S. Fausto in Thesaur. Relig. lib. 6. q. 194. num. 3. At ex Ordine Minorum ad Episcopatum assumptus, potest recitare Missas, & Officia Sanctorum sui Ordinis, dummodo Priuatim celebret in sua Capella, in festis dictorum Sancto-

gum, cum Missali, & Breuiario Romano, Sacra Congreg. Rit. 6. Decembris 1631.

3. Regularem Episcopum non teneri ad obseruantias Religionis, quò ad ieiunia, & huiusmodi, probabile existimat Diana de dubijs Regul. resolut. 61. quod etiam dixerat resolut. 50. vbi habet, illum fieri dominum redditaum Ecclesiasticorum, instar Episcoporum sæcularium. Hunc autem non gaudere priuilegiis Religionis, ex motu proprio Sixti V. refert Roderic. tom. 2. qq. Regul. q. 58. art. 4. & Indulgentiis Religionis non frui, idem asserit in addit. ad Summ. ver. Episcopus cap. 68. conclus. 10.

4. Regularis dans ex bonis Monasteriis, vel sua industria acquisitis, sui Ordinis Protectori, vel eius Auditori, aut Secretario, vt per eos aliquam dignitatem obtineat, est proprietarius, & simoniacus Homobon. tomo 2. sui exam. tract. 9.

cap.

cap. 5. q. 10. Et incurrit in pœnas contra largientes munera inflictas à Clem. VIII Peirin. tomo 3. priuilegior. folio 448. num. 27.

5 Religiosi possunt esse testes in causis criminalibus, & ciuilibus Fratrum sui Monasterii prò, & contrà, quando per alios testes res probari non potest, excepta causa capitis, c. veniens, 2. de test. in fin. Portel. in dubio regul. ver. Religiosus. num. 6. & ita Sacra Congr. Regular 13. Iunii 1611. in vna Cornetana, vt Regularem quendam pro nefando delicto pro[b]ando (criminis atrocitate attenta) examinari posse, Episcopo licentiam concessit, eiusdemq; iniungendum curauit, non tanquam Prouinciæ Vicelegatum, sed tanquam Episcopum, in hac re se habere debere, ita, vt casu, quo crimen præfatum probarent, non vltimi supplicii, sed perpetuarum Triremium pœna delinquens plectatur.

6 Regulares à proprio Superiore Confessores instituti, licèt non ab Ordinario approbati, possunt audire confessiones æquitum S. Ioannis, S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, Montesæ in Aragonia, æquitum Christi, & aliorum in Lusitania instituorum, cùm sint verè Religiosi tria vota emittentes, Ioan. Sancius in Selectis disput. 49. num. 10. Equites autem S. Stephani verè Religiosi non videntur; quia licèt obedientiam, & castitatem coniugalem in Prælatorum manibus voueant, non tamen paupertatis, sed charitatis votum emittunt, vt patet ex Bulla Pij IV. incip. His, quæ, kal. Februarii 1562. §. 2. tom. 2. Bull. Cherub. fol. 86. Nihilominus, quia vt verè Religiosos Pontifex confirmat, imò erigit in §. 6. huiusmodi priuilegio non carebunt, sed tu cogita; nam vsus est in contrarium, ait Dian. loc. cit. res. 39. Vide tamen, quæ dicimus tit. de Priuilegiis nu. 4.

De

De Reliquijs Sanctorum.

1 ANtiquæ Sanctorum Reliquiæ non posſunt extra capſam oſtendi, cap fin.de Reliq;& vener. Sanctor. quia cum oſtenduntur extra capſam oſsa nuda, multorum deuotio tepeſcit, & datur detractoribus cauſa obloquendi, Abb. ibi, & Peirin.tom.1. Priuil. folio 146. num. 5. Hoc adnotare deberent Religioſi illi, qui extra Ciuitatem Eugubii duo Beatorum corpora ſui Ordinis eadem die oſtendunt.

2 Non datur in iure aliqua excommunicatio poſita contra furantes Reliquias, Suarez tom.5.in 3. p. diſput.22.ſect.2. numer. 9. In Conſtitutionibus autem refor.1643.cap.3.num.27 ſub excommunicationis pœna latę ſententiæ inhibetur ablatio, alienatio, tranſportatio, aut furtum Sanctarum Reliquiarum, in totum, aut in partem, à qua, ante reſtitutionem, abſolui nequit.

4 Non obstante decreto Vrbani VIII. ac S. R. & vniuersalis Inquisitionis sub feria 5. die 2. Octobris 1625. Reliquiæ eorum qui cum Sanctitatis fama decesserunt, nondùm tamen Canonizatorum, aut Beatificatorum, priuatim coli, & venerari possunt, Belarm. to. 2 controu. 4. de Ecclesia triumph. libro 1. cap. 10. Sanchez loco cit. num. 3. Peirin. ibid. num. 2. folio 145. & cum alijs tom. 3. fol. 423. num. 1. Non autem possunt publico cultu coli. Cultus verò publicus non ex eo dicitur, quia coram multis exhibeatur, sed quia exhibetur nomine totius Ecclesiæ, tanquam ab illa institutus. Vndè poterit quis licitè coram alijs venerari Sanctum non Canonizatum, illum inuocando, & Sanctum acclamando, id faciens, vt peculiaris persona, non nomine Ecclesiæ, Peirin. ibidem, & Portell. loco citato num 11

5 Reliquiæ alicuius non

Ca

Canonizati, aut Beatificati po sitæ in aliqua cruce, inter alias Sanctorum Reliquias possunt gestari, ab eius deuotis: & talis Crux poni potest in publico Altari adoranda; quia Reliquiæ illæ Sancti non canonizati non propter se, sed ratione Crucis, & tanquam illius ornatus ponuntur. Portell. ibidem num. 14.

De Subrogatione.

1 SI Custos, aut aliquis ex Diffinitoribus, aut vita excesserit, aut infrà triennium priuari contigerit, in ipsius lõcum subrogetur, qui ex Prouinciæ Patribus antiquior in dignitate fuerit. Si autem nullus sit, qui Ordinis Procurator, vel Diffinitor, vel Minister, vel Custos, vel Prouinciæ Diffinitor fuerit; tunc principalioris Conuentus actualis Guardianus subrogetur, Const. Gener. 1600. 1639.

1639.& 1642.cap.8.§.33, nu.13. Ille autem dicitur principalis Conuentus, qui in principali Prouinciæ Ciuitate fundatus est; & si plures, in ea fundati fuerint, ex his ille, in quo Prouincialis, residere, & Prouinciæ Archiuium haberi solet, erit principalis. Eo ipso, quo Guardianus in Diffinitorem subrogabitur, non erit Guardianus. Idem ordo seruabitur, si per renunciationem, vel aliter Diffinitoratus officium vacauerit; vel si infrà triduum Diffinitoris præsentia haberi non poterit; quia videlicet distat à Prouincia plusquam per 60. milliaria.

2 Si autem dignior Pater de iure subrogandus plusquam per tres dies à Prouincia abesset, vel aliquo detentus esset impedimento, ita, vt Diffinitorio interesse non posset, in tali casu, ipsius loco subrogetur, qui antiquior Prouinciæ Pater post illum erit. Si autem primus antiquior Pater in digni

tate

tate ad Prouinciam redierit, vel ab impedimento solutus fuerit tunc hic primus, & antiquior, digniorq; Pater, & non secundus, subrogatione gaudebit: huic enim primo, & dignori de iure subrogatio competebat secundo verò ob impedimentum primi; cùm autem tale impedimentum modò cesset, debet Diffinitorio interesse, sicut cum loco Diffinitoris impedimento detenti dignior Pater subrogatur, vsque quo Diffinitoris impedimentum cesset, quo cessante, Diffinitor, & non Pater subrogatus Diffinitorio interueniet.

3 Patres subrogati, & Diffinitores actuales Prouinciarum durante eorum officio, Guardiani esse nequeunt, nisi vrgenti de causa, & à Patre Generali dispensetur sed eo tempore, quo quis eorum Guardianus fuerit, de Diffinitorij corpore esse non poterit. Constit. Rom. 1642. capit 8. §. 34. nu. 11.

Vltram.

Vltram.capitulo 7.fol. 123.tit. de Diffinitoribus. Vallisol: 1593. cap. .fol 218. Hæc autem omnia habet P. Spinat. tit. de subrogatione.

De Syndicis, & Procuratoribus Fratrum Minorũ, & Monialiũ S. Claræ, & Tertij Ordinis.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecti Filij salutem, & Apostolicam benedictionem.

1 DVm consideraſſemus aſſiduos labores, & vigilias quas dilecti filij Syndici, & Procuratores domorum, & Monaſteriorum Fratrum Minorum S. Franciſci regularis obſeruantiæ, & Monialiũ S. Claræ, Cõceptionis, & Annunciationis Ordinum, & Sororũ Tertiæ Regulæ S. Franciſci ſuſtinere nõ ceſſant, meritò Nos obligant, vt animarum

rum suarum saluti consulamus, ipsosq; à quibus suis molestiis, & iniuriis sibi pro tempore illatis, quantùm cum Deo possumus, releuemus.

2 Idcircò vni Syndico, & Procuratori huiusmodi, cum illius vxore, & liberis, præsenti, & futuro singulę Domui, & Monasterio prędictis, pro tẽpore seruientibus, quòd de cęterò perpetuis futuris temporibus, ipsi, & eorũ quilibet, omnibus, & singulis Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, fauoribus, & gratijs, quibus fratres Ordinis Obseruantiæ prędictorum, vtuntur, potiũtur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere possint, & valeant.

3 Et insuper in quibusquis causis, & rebus ipsos Syndicum, & Procuratorẽ concernentibus, ciuilibus, criminalibus, & mixtis, non nisi corã Iudicibus Conseruatoribus domorũ illarum, quarum ipse Syndicus, & Procurator fuerit, de iustitia respondere teneatur, auctoritate Apostolica

con

concedimus, & indulgemus.

4 Inhibendo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna vniuersi, & singulis Iudicibus, Commissarijs Ecclesiasticis, & sęcularibus, quacumque auctoritate fungentibus ne de causis, contrà dictos Syndicos, & Procuratores motis, & mouendis, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, seu prętexta, se intromittere quomodolibet de cætero audeant, vel pręsumant. Decernentes, quoscunque processus cōtrà dictos Syndicos, & Procuratores per alios, quam dictos Conseruatores, in causis dumtaxat contra eos motis, & mouēdis, habendos & sententias ferendas, nullos, & inualidos, nulliusq; roboris, vel momenti fuisse, & esse, ac irritū, & inane, si secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

5 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Or

di

dinum prædictorum iuramento, confirmationes Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrariis quibuscunque.

6 Volumus autem, quod presentium transumptis, manu publici Notarii subscriptis, sigillo alicuius Episcopi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutę munitis, eadẽ prorsus fides, tàm in iudicio, quàm extrà illud, adhibeatur, quæ adhiberetur, si præsentes originales literæ essẽt exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrũ sub annulo Piscatoris die 6. Aprilis 1526. Pontif. nostri anno 3

7 Pro huius Bullæ obseruantia Sacra Iurisdictionis Cong. ad Episcop. Fanen. scripsit vt infrà, nell'vltima Congregatione est stata presa risolutione da questi Eminentissimi miei Signori, che nelle cause de Sindici de' Frati di S. Francesco Min. Osseruãti si deue osseruare la Bolla di Clem. VII. S. Memoria che cõcede

de l'esentione ad essi Sindici del foro laicale, & in questa conformità potrà V. S. gouernarsi nella causa del Sindico di Cartocceto luogo di cotesta Diocese. E qui à V. S. prego ogni bene. Roma 31. Maggio 1639.

D. V. Sig. Come Fratello

Io: Bapt. Card. Pamphilius.

Franc. Paolucci Segr. della Sacra Congr.

8 Quia nihilominus, & Cartoceti Gubernator contra illius loci Syndicum, & ius agere, & agitare non desistebat, & præfatus Episcopus Sacræ Congregationis voluntatem, & resolutionem minus feruidè executioni mandabat, eadem Sacra Cong. eodem Sanctissimo D. N. tunc Card. Pamphilio Præsidente, sub die 4. Septembr. 1640. & præfatæ literæ, & alterius datæ die 10. Iulii mentionem faciens pro dictę resolutionis executione eidem Episcopo scripsit, prout apparet in libro Procur. Ord.

Post hæc emanauit sequens.

DECRETVM.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium Controuersijs, Iurisdictionibus Præpositorum pro Conseruatoribus Fratrum Minorum de Obseruaatia S. Francisci.

9 IN vna Perusina ad instantiã Fratrum Minor. de Obseruantia S. Fraacisci die 15. Nouembris 1642. Sacra Congreg. Emin. Patrum Controuersiis, Iurisdictionibus Præpositorum censuit seruandum esse Bullam Clementis VII. circa priuilegium fori exemptionis Syndicorum, & Procuratorum dicti Ordinis.
Io: Bapt. Card. Pamphilius.

Locus † Sigilli.

Franc. Pauluccius S. C. Secr.

Item

Item die 12. Februarii 1648. aliud exijt eiusdem Sacræ Congreg. Decretum, & sæpius in horum fauorē decisum, dicitur.

Pro eodem in Signatura Iustitiæ.

20 FIdem facio per præsentes ego infrascriptus, qualiter in Signatura Iustitiæ habita die 30. Ianuarii 1642. proponente R. P. D. Vicecomite in causa Assisien. Pro Curia Fiscali Bictonii contra Chrispoltum Antonellū fuit rescriptum pro cōmissione ad partes, oretenus A. C. moderetur, & remittat ad Conseruatorem Et in fidem, &c. hac die 12. Martii 1642.

Iulius de Oddis Aud.

Locus † Sigilli.

De

11 In præfato libro Procurat. Ord. num. 162. & in libro Procur. Reform. S. Francisci Transtyb. fol 84. habetur rescriptum Sacræ Congreg. Regular. in vna Fulgin. de 22. Nouemb. 1641. quod iuxtà Ordinis priuilegia rerum Monialium S. Claræ Ordini subiectarum administratio non ad Episcopum, sed ad Syndicum, & Procuratorem earum spectat.

De Tertiarijs.

1 SAcra Congr. Regular. in controuersia vertente inter Archipræsbyterum, seù Parocum loci Flauiani Nepesin. Diœces. & Fratres reform. Prou. Rom. die 11. Decenbris 1615. Præsidente Emin. Antonio Maria Cardinali Gallo respondit, Tertiarios huiusmodi, si qualitatibus in Bulla Fœlic. recor. Leonis Papa X. præscriptis sint prædicti, videlicet si vi-

ri collegialiter, aut claustraliter viuant: mulieres verò virginalem, aut cœlibem, aut castam vidualem sub expresso voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, posse & debere, etiam inuito, ac minimè requisito Parocho, in supradictis Fratrum Ecclesijs sepeliri; secùs verò si supradictis qualitatibus careant.

2 Eadem Sacra Congr. Regul. die 20. Decemb. 1616. Præsidente Emin. Anton. Card. Saulio, aliam Sacræ Congregationis Concil. declarationem recensens in suo Decreto, censuit, Superioribus Regularibus, sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Cappuccinis exceptis) licere mulieres ad huiusmodi (Tertii Ordinis) habitum recipere, atquè ad ipsos vestiendi eos, officium pertinere; non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate

 sal-

ſaltem quadraginta annorum cō ſtitutas quæ de proprio habeāt, vndè ſufficienter viuere poſſint, & non cum aliis viris, quàm cum conſanguineis vel affinibus, in primo tantùm gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata; qui non aliter eam concedat niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

3 Quoad ſepulturam, atquè alia priuilegia Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ita demùm Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exempto eſse, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent; mulieres verò virginalem &c. vt ſupra dictum fuit.

De

De Vicariis Prouincialibus.

4 ANte pauca, quæ de Vicarijs Prouincialibus dicẽda sunt, quia casus occurrere potest, quòd Sede vacante, Vicarius Capitularis facultatem concedat, erigendi aliquod nouum Monasterium, ideò nõ incõgruè sequens decretum apponimus, ex Archiu. Proc. Refor. fol 91.

DECRTVM,

1 DIe 12. Decembris. 643. Sacra Congr Emin. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretũ inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit Vicarium Capitularem, Sede Episcopali vacante, non posse facultatem impartiri, noua Monasteria erigendi

Io; Bapt. Card. Pamphilius.

Locus † Sigilli.

Franc. Paulucius S.C. Sacr.

2 IS, qui mortuo Prouinciali Ministro, vel qualibet de causa vacante, in Vicarium Prouincialem assumptus fuit, vsquè ad Capituli Prouincialis celebrationem in officio durabit. Prouinciales verò Capitulum pro Generalium Superiorum arbitrio anticipari, vel prorogari poterit, dummodò tempus à lege præscriptum non excedat. Constit. Rom. 1642. cap. 8. §. 40. num. 50.

3 Vicarij Prouinciales, qui per biennium completum in officio steterunt, Patrum Prouinciæ priuilegium, & præcedentiam habent; eos tamen subsequuntur, qui Ministri Prouinciales extiterunt, vel postmodum existent. Qui verò per biennium integrum in officio non steterint, nullo gaudent priuilegio, num. 4.

De Visitatoribus.

1 Visitator Prouinciæ, antequàm suam commissionem exequatur, eam Prouinciali præsenti per se ostendere, aut absenti per litteras significare, teneatur. Deindè, antequàm visitationem inchoet, eidem prouinciali locum assignet, in quo (vsque dum visitatio absoluatur) ille permaneat; & is non sit de principalioribus Prouinciæ locis, Constit. Vallisol. 1593. cap. 8. fol. 225. Rom. 1642. cap. 8. § 44. num 4. In loco enim minùs principali Prouincialis, visitationis tempore, manere debet, vt subditi contra eum, vel alios suas querelas, aut petitiones Visitatori liberiùs exponere valeant. Ex consuetudine, Visitator non assignat locum Prouinciali Prouinciæ Romanæ.

2 Visitator in Prouincia sibi credita, nec ordinata mutare, nec contrà Prouincialia statu-

ta aliquid facere potest, nisi maioris partis Capituli Prouincialis, vel Generalis Ministri consensus accesserit. Salmant. capit. 8. Vallisolet. capitulo 8. fol. 271.

3 In Capitulo Generali Parmę celebrato anno 1529 constitutum fuit, vt Prouinciarum Visitatores, suæ commissionis facultatem excedentes, vel limitationes, ac ordinationes generales non seruantes talionis pœna puniantur; & is, cui hæc pœna non competit, puniatur priuatione actuum legitimorum.

4 Hinc fit, quòd licèt tàm Superiores; quàm subditi Prouinciæ visitandæ ipso facto incidant in excommunicationem Papæ reseruatam, in pœnam priuationis perpetuæ officiorum obtentorum, ac inhabilitatis ad illa obtinenda, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, si prædictis Commissariis resistere, aut se opponere, aut

con

contradicere , aut rebelles se ex hibere , ipsosq; quacunque de causa , aut quæsito colore non recipere audeant , vel præsu mant, ex Decreto Gregor. XIII. die 8. Aprilis 1575. Nihilomi nus si faciant aliquid , quod ipsis Visitatoribus per Genera-les Constitutiones prohibitum est, contradictores, & inobedien tes in dictas pœnas non incidunt. Roderic. tom. 1. qq. Regul. q. 54. art. 4.

5 Præfatus Gregorius XIII. in dicta Const. incip. Quoniam nostro Pastorali &c. concessit Ge nerali Ministro, vt quotiescũque sibi videbitur , Visitatores mit tere valeat, his verbis [Volentes eundem Ministrum Generalem, quotiescunque sibi expedire vi debitur, quos voluerit Commis- sarios, ad quascunque sui Ordinis vtriusque Familiæ Prouincias, quibusuis consuetudinibus , ac Statutis, per quaslibet personas in contrarium factis, non obstan tibus, mittere possit.

6 At quia quæcunque prudens Lex Reipublicæ bonum, & Subditorum pacem respicere debet ex Scoto in 4. dist. 11. q. 2. Nec vnquam præsumitur, Papā in dubio per generalem concessionem velle derogare particularibus Statutis rationabilibus, cap. 1. de Constit. in 6. Felin. in c. nonnulli, de rescript. num. 9. ampl. 2. Ideò licèt tam ampla sit Pontificis concessio, antè tamen præfixum à Statutis tempus (nisi ob graues, & vrgentes causas) ea Generales non vtantur; quia aliàs iniuria irrogatur Prouinciali, ante tempus eūdē ab Officio remouēdo; quia eò ipso, què Commissarius intrà Prouinciam fuerit, Prouinciali suspenditur iurisdictio. Vndè causis legitimis, non extantibus, potest de iniustitia cōqueri, & in pristinum restitui. P. Sanctor. Comment. in Constitut capit. 8. statut 65. fol 718.

7 In electione Prouincialis, Custodis, Diffinitorum, & Guardiano

dianorum Visitatores votum ele-
ctiuum non habent, quemadmo
dum Procuratores Generales,
quorum vota numerum efficiũt,
nisi eisdem per Generales spe-
cialiter concessum sit. Curare
tamen,& possunt, & debent ne
ad huiusmodi officia promo-
ueantur indigni, ex cap in sin-
gulis Regnis, de statu Monach.
ex generalibus Constit. 1553.
cap.8.fol 44.à tergo, Vallisol.
1593. cap. 8. fol.272. Salmant.
1618.fol.11.Rom.1642. capit.8.
§. 44.num.22. & alijs, At ne
hæc promouendorum indigni-
tas voluntariè videatur inuen-
ta,& quia communiter referen-
ti non creditur, nisi constet de
relato,l.asse toto.ff.de hęred. in
stit. Auth. si quis, C.de eden.
Surd.cons.5.num.57. Mari.An-
tonin.var.lib.1.resol.38.num.5.
resol.64.num.7.& lib.2.resol 8.
nu.12 Visitationes ostendant,vt
pacatiùs hæc fiat exclusio.

8 Aduerte, quod specialis
concessio suffragium ferendi Vi
 sita-

ſitatoribus à Superiores Genera li facienda, intelligitur, quando Generalis eſt abſens: quia enim ipſe Ordinarius eſt, cùm abſens fuerit, Viſitatori in hoc ſuas vices committere poterit, vt ipſius nomine eligat. Quando autem pręſens eſt, & ipſe in electione votum dat (ſaluo meliori iudicio) ordinare nequit, vt etiam Viſitator votum ferat, Mirand to. 2. quæſt. 16. artic. 2. Etenim Concil. Tridentinum ſeſs. 25. de Regularibus cap. 6. inhibet, ne imposterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut quoſcunque Titulares ad effectum electionis faciendę conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Et Sacra Congr. Concil. apud Ioan. Gallemart hìc cenſuit, omnes Titulares, quamuis pluraliter ad effectum electionis conſtituti non ſint, prohitos eſſe, ferre ſuffragium in electione Superiorum.

9 Si ex his ergo nequit Superior

rior Generalis Titulares con stituere, aut absentium voca lium supplere suffragia, multò minùs ordinare poterit alicui, ex Const. Vallisol. 1593. fol 214. Roman. 1642. cap. 8. §. 13. num. 6 & 7. & aliàs votum non habenti, vt in electionibus votum ferat. Spinat. tit. de Commiss. Visita toribus.

10 Certo certiùs est, quòd electio contrà Religionis regu làs facta, ipso iure est nullá, & propterea reuocanda, vt in ter minis probat Menoch. Consil. 783. in princ. & num. 1. libro 8. Multò magis irrita, & nulla erit facta contra Pontificium Const. 55. Gregorii XIII. incip. Cùm illius vicem, tomo 2. Bul lar. Cherub. folio 429. vbi §. 12. dicentis; Custodis, idest, Ministri successoris electio à Ministro prædecessore, Guardianis, & Dis cretis locorũ Custodię fiat. pro uincialis ergo duntaxat, & Guar diani, adde ex nouissimis Con stit. Reform. 1643. cap. 8. nu. 15.

Diffinitores eliguntur; ergo omnes aliis à votum ferendo excluduntur. Cùm igitur in Constit. Gregorij inter votantes non delegantur Visitatores, non debent (nisi Generalibus absentibus) ad eligendum admitti: etenim constitutio inducit formam, tàm ex verbo imperatiuo, fiat, Sigismun. à Bonon. de elect. Prælator. dub. 8. numer. 7. quàm ex decreto irritante, & clausula sublata adiectis in Bulla §. 19. quæ formam inducunt. Gabr. de Clausul. concl. 3. num. 70. & in Pisana prætensæ pœnæ priuationis, 18. Martij 1583. coram Robusterio.

11 Certum quoque est à Prælatorum Regularium electione expelli, exclusos iure Constitutionum, Syluester in ver. electio. 1. q. 2. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 14. quæst. 8. in fin. ver. curent etiam ij. Lauort. variar. Lucubrat. titulo 4. cap. 15. num. 82. Cùm ergo omnes alij (præter dictos) exclu

dan

dantur à votum ferendo, Visitatores (vt præfertur) votum habere non poterunt , nisi quatenus Superiorum Generalium absentium vices gerunt . Hæc dicta sint, saluo semper iure, & peritiori iudicio.

12 Visitatores, & consequenter quicunque alij Regularium Prælati possunt inquirere occulta subditorũ peccata, vt illa fraternè corrigant, S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. ad 4. ita tamen , vt prudentia temperentur, ne sit nimia solicitudo , & intempestiua inquisitio . vt obseruat Petrus Lorca ad loc. D. Tho art. 6. disput. 45. sect. 3. num. 11. Subditi tamen , ad quos animarum cura non spectat , id nec possunt, nec debent , vt pluribus probat Diana de dubiis regul. resol. 42.

13. An verò Subditi sine præuia correctione fraterna, occultum Fratris peccatum possint Visitatori, tanquam Patri denunciare, negat Dia, ibi resol. 37.

Limitat autem hanc senten tiam quoad Religiones illas,quę habent Statutum in contrariũ; cùm autem in nostris Constit. Vallisol. 1593. fol. 281. in fine contratrium dicatur, igitur præuia fraterna correctio necessaria non erit.

14 Non tamen excusarem à mortali eum, qui ex malitia Superiorem localem admonere non vult, v.gr. & ad memoriam ei reducere, quòd legenda sunt Decreta de celebratione Missarum, & huiusmodi; sed illum expectant diem, & obseruant, vt apud Visitatorem eum malignentur.

De viuæ vocis Oraculis.

1. PRiuilegia, gratiæ, & omnia viuæ vocis Oracula concessa (exceptis ad Regum supplicationem concessis, illisquè quorum in scriptis Cardinales testimonium præbuere) per

per Gregorium XV. Conſt.incip.Romanus Pontifex,tomo 4. Bullar.fol.313. reuocata fuere, die 2.Iulij1622. Die vero 2. Aprilis 1625. Sacra Congr.Card. præfata viuæ vocis Oracula Miniſtris,& Vicarijs Generalibus, eorumquè Ordinibus conceſsa, quę ante dicti Gregorii reuocationem effectum ſortita fuere, in illius conſtitutione non comprehendi, nullaquè reualidatione indigere, declarauit Barboſ.in Collectan.dec. Apoſtolic. verſ. Oracula viuę vocis num.3 Peirin.tomo 2. priuilegio,folio.343.nu.1. Lezana verſ. eod.num.6.

2 Et licèt Vrbanus VIII.in Conſt. incip. Aliàs fælicis. 20. Decemb.1631. in append.to.1. Bullar.fol. 18. omnia viuæ vocis Oracula abſolutè reuocauerit,tamen in alia incip. Aliàs 11.Aprilis 1635.ibi folio 40.declarat,& concedit, vt viuę vocis Oracula facta, & facienda Miniſtris, & Officialibus Sedis

Apo-

Apostolicæ, valeant. Cùm autẽ (ex Peirin. in formular. prela- tor. Regul. in append. 4. circa Vrbani Constitutionem, lit. Z. fol. 725.) Cardinales Ordinum Protectores sint Ministri, & Officiales Sedis Apostolicæ, gratiæ, & priuilegia, viuę vocis Oraculis, ipsis mediantibus habita, restituta sunt, & reintegrata.

3 Insuper viuę vocis Oracula, gratiæ, & priuilegia Fratrib. Minoribus concessa, quæ antè prædictarum Constitutionum Gregorii, & Vrbani promulgationem per Bullas Pontificias cum clausula ex certa scientia, confirmata fuere, desinunt esse talia, & facta sunt, vt per dictas Bullas concessa; sed Clemens, VIII. in Bulla 51. incip. Ratio pastoralis §. 3. tom. 2. Bullar. Cherub. fol. 67. & Paulus V. in Constitut. incip. Iniuncti Nobis, 1. Decembris 1609. omnia priuilegia, & viuæ vocis Oracula Fratribus Minoribus concessa ab

eorum


eorum prædecessoribus, confirmant; ergo illa non sunt ampliùs viuæ vocis Oracula, sed priuilegia per Bullas concessa.

4 Nec officit, quòd cuncta viuę vocis Oracula de verbo ad verbum in præfatis Bullis non exprimantur; sed sufficit, quòd ex certa scientia, & in genere sub nomine viuæ vocis Oraculi, seu cum clausula; quorũ tenores, ac si de verbo ad verbũ &c. quia, vt dictum est, hæc viuæ vocis Oracula desinunt esse talia, & fiunt concessa per Bullas Pontificias. Roderic. tom. 1. q. 8. art. 2. & 3. in fin. Hiero. Roderic. resolu. 77. num. 45. ibi secundò, quia Paulus V. & resol. 116. num. 9. Portell. ver. priuilegia Regular. nu. 26. Diana eod. tit. tom. 4. nu. 23. & si ver. Oracula viuæ vocis num. 7. P. Spinat. eodem titulo, & Peirinus apud ipsum.

5 Leo X. concessit fratribus Minoribus, quòd non sint minoris efficaciæ, & valoris viuæ

vois

vocis oracula, quàm si per Bullam, aut Breue, ad perpetuam rei memoriam essent concessa: Et tantùm in foro conscientiæ. Insuper concessit, quòd fratres Minores secura conscientia possent vti omnibus concessis à Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus, siue per Bullas, aut Breuia, aut viuæ vocis Oracula, prout in libris Ordinis reperiuntur, ac si omnia specificè fuissẽt tunc expressa: ac pro maiori conscientiarum securitate omnia denuò concessit, Rodericus tom. 1. q. 7. art. 5.



An.

Antiphona, ſeu Oratio contra contagioſam luem.

Ex Chronicis Seraphici Ordinis Fratrum Minorum per Reuerẽdiſs. P. Franciſcum Gonzagam eiuſdem Ordinis Generalem conſcriptis.

Par. 3. de Prouincia Portugalliæ. Monaſterio octauo.

LAborante vniuerſa Ciuitate Conimbricenſi grauiſſima peſte, cœpit, & Monaſterium Sororũ S. Claræ, quæ Vrbaniſtæ dicũtur, infici. Cũquè Abbatiſsa ad Cratẽ operã daret, vt Sorores ſibi ſubiectæ aliò transferrẽtur, vt vel ſic mortem euadere poſſent, adfuit ex inſperato Mendicus, qui ab ea tantæ triſtitiæ,

&

& ſolicitudinis cauſam ſciſcitatus, atque certior de his factus, membranulam ei porrexit, inquiens: Si curaueris vt Antiphona, & Oratio, hac in chartula ſcripta, ſingulis diebus decantetur, hic locus immunis omninò à peſte erit, hiſq; dictis euanuit. Exiſtimarunt Sorores, huiuſmodi mendicum fuiſſe S. Bartholomæum. Quicquid tamen ſit, indubia res eſt, Cœnobium ex eo tempore ab omni peſtifera lue, Conimbricenſi etiam Ciuitate infecta, liberum fuiſſe.

ANTIPHONA.

STella Cæli extirpauit,
Qua lactauit Dominum,
Mortis peſtem, quã plantauit
Primus parens hominum.
Ipſa Stella nunc dignetur,
Sydera compeſcere,
Quorum bella plebem cædũt
Diræ mortis vlceræ.
Opiiſſima Stella maris

Ape

A peste succurre nobis.
Audi nos Domina;
Nam filius tuus nihil negat, te honorat. Salua nos Iesu,
Pro quibus Virgo Mater te orat.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

DEus misericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, qui misertus es super afflictionem populi tui, & dixisti Angelo percutienti populum tuum; contine manum tuam: ob amorem illius Stellæ gloriosæ, cuius vbera pretiosa contra venenum nostrorum delictorũ, quàm dulciter suxisti, pręsta auxilium gratiæ tuæ, vt ab omni peste, & improuisa morte securè liberemur, & à totius perditionis incursu misericorditer saluemur. Per te Iesu Christe Rex

Rex gloriæ, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona dicenda in obitu Ministri Generalis.

ANno Domini 1239. Defuncto Reuerendissimo P. F. Alberto de Pisis post tres Generalatus menses, agnoscens Gregorius IX. tunc Summus Pontifex consumatam tanti Patris virtutem, ac per eius mortem Seraphico Instituto nō modicam veritus iacturam, visceroſissima veri Patris pietate condolens, & col lacrimans, ad Seraphicum Patrem sequentem composuit Antiphonam, & vt deuotè per totam Religionem decantaretur præcepit, prout legitur in Chronicis par. 2. lib. 1. cap. 6.

ANTIPHONA.

PLange turba paupercula,
Ad Patrem clama Pauperũ;
Hoc lugubre suspirium,
Pater Francisce suscipe;
Et prode Christo Stigmata
Lateris, Pedum, Manum,
Vt nobis reddat Orphanis
Tanti Patris Vicarium.

FINIS.




INDEX TITVLORVM.

DE Abbatissis.
De Absolutione.
De Actis in aliquo Capitulo, & Agnis Dei.
De Altaribus.
De Apostatis, Appellantibus, & Arboribus.
De Baldachino; Bannitis; Benedictionibus; Bonis incertis; Bullis Coenę, & Cruciatæ.
De cadaueribus defunctorũ, ad Ecclesias Regularium deferendis.
De Capitulis.
De eligendo Ministro.
De Clausura Monialium.
De Confessoribus.
De Conseruatoribus.
De Conuentibus.
De Curatis, siue Parochis.
De Custodibus, & Diffinitoribus.

Q De

De Decretis.
De Dispensatione.
De Electione, & Electoribus in Capitulis, & Congregationibus.
De Episcopis.
De Eucharistiæ administratione.
De Expulsione Regularium à Religione.
De Familiaribus, & Conuentuũ Fundatoribus, & Fundatricibus.
De Generali Ministro.
De Guardianis.
De Habitu Religiosorum, & homicidis voluntarijs.
De Indulgentiis.
De Legatis Fratribus Minoribus relictis.
De Ministris Prouincialibus.
De Missa.
De Monialibus.
De Nouitiis.
De diuino Officio.
De Oratione 40. Horarum; & de Ordinandis.
De Patribus.
De præcedentia inter Regulares

diuersorum Ordinum.
De Prædicatoribus.
De Prælatis.
De Priuilegiis.
De Processionibus.
De Professione.
De Quarta funerali.
De Regularibus.
De Reliquiis Sanctorum.
De Subrogatione.
De Syndicis, & Procuratoribus Fratrum Minorum, & Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis.
De Tertiariis.
De Vicariis Prouincialibus.
De Visitatoribus.
De viuę vocis Oraculis.



terunt. ibid. Eligentium vota recipit, & electionem confirmat Superior, non Episcopus. f.18.nu.7. Abbatissæ Sorores, quæ Officia habere nequeant. f.20.num 8.

Absolui possunt Nouitij à Superioribus ab omnibus censuris, & Casibus. f. 20. num. 1. Subditi, Monialium Clausuram violantes; à Simonia, & Censuris, f.21.num.2. A casibus Bullæ Cœnæ, à f.22. n.3. ad f.35.num.14. Illi, qui Interdicti causa fuerunt. fol.36. nu.15. Irregulares ex bigamia. ibid. Absolui possunt Prælati Regulares, sicut & absoluere. ibi num. 16. Absolutio in Capitulis facienda. f 88.

Acta in vno Capitulo, in alio reuocari posunt. f.37.nu 1. Non tamen faciliter mutanda sunt ibid.

Agnos Dei tangere, non est peccatum mortale. 38. num.2. Eos miniantes, & inaurantes excommunicantur. ibid.

Altaribus portatilibus in omni deceonti loco vti possumus. f.38.num. 1. Altaria erigere possumus in nostris Conuentibus. f.39.num. 2. Etiam in Camera Prælati, seu infirmi. ibid. Altaria nisi à Patronis prouideantur de necessariis, priuentur eis. f. 40. num. 3. Altaria in Ecclesiis Regularium ab Episcopis visitari nequeunt. f.41 num.4. & f.179. num. 8. Illa interdicenda, subtus quæ mortuorum cadauera sunt. f.56 n.10.

Antiphona pro Peste. f 355. Antiphona dicenda in obitu Ministri Generalis.

Apostatas receptantes excommunicantur. f.41. num.1. limita, vt ibid. Apostatæ non se sinentes in carceres pacificæ duci, pugnis, & calcibus vrgeri possunt. f. 42. n. 2.

Appellans, ordinem seruare debet. f.42 num.3. Appellans à legitima correctione, non audiatur, f. 43. n. 3. Ad Papam

quo

quomodo immediatè appellari possit ibid. Appellans ad Tribunalia sæcularia, excommunicatur. f. 44. num. 4. Appellans ad Tribunalia Ecclesiastica, quibus non subest, quomodo puniendus. ibid.
Arbores, quæ incidi possunt, fol. 44. n. 5.
Aurora quomodo sumitur, fol. 232. n. 2.

B

BAldachino vti possunt Episcopi in Ecclesijs Regulariũ: non autem eorum Vicarij f. 45 num. 1.
Bannitos recipientes quas pœnas incurrant. f. 40. n. 2. limita vt ibid.
Benedicere Ecclesias, Ecclesiastica ornamenta, Oratoria, Capitula, & Cœmeteria possunt Prelati Regulares, fol. 48. num. 3.
Bona incerta Nouitiorum in pios Religionis vsus à Præla-

latis conuerti possunt. ibidem num. 4.

Bullæ Cœnæ casus absolui possunt. à f. 22. ad 35. Bulla Cœnę quas facultates non reuocet. f. 31. num. 11 Bulla Cruciatæ non reuocatur per Bullam Cœnæ ibid. Non prodest Regularibus quoad sacramentũ pœnitentiæ. f. 49. num. 5.

C

CAdaueribus associandis inuitari possunt quot Clerici sæculares Hæredibus benè visum fuerit. f. 50. num. 1. Prò cadaueribus in Ecclesijs Regularium humandis non plus soluitur, quàm si in Ecclesijs sęcularium sepelirentur. ibidem num. 2. Vna Crux duntaxat leuanda. f. 51. nu. 3. Super Cadauera Officium fieri debet à Regularibus in propriis Ecclesijs ibidem num. 4. Recto tramite ad Regulariũ

Ec-

Ecclesias deferenda. f. 52. n. 5. Ad locum, vbi sunt cadauera, Regulares accedere debēt. f. 53. num. 5. Ea leuare possunt Regulares, inuito Parocho, eo venire recusante. ibid. Cadauera filiorum minorum in Patrum sepultura humanda. f. 54. num. 6. Contra defunctorum, vel Patrum humata, restitui debent. 54. num. 7. Nec super terram, nec subtus Altaria sepeliri possunt. fol 55. num. 8. & 9. Quomodo exhumari possunt 56 num. 10. In Ecclesijs, quorum habitum gerunt, sepeliri debent. 132. num. 1. Cadauerum sepulturā retardare nequeunt Parochi. f. 133. num. 3.

Capitulum vnum in alio acta reuocare potest. 37. num. 1.

Caputium Religionis Hæremitis, nec Nuncii Apostolici concedere possunt. 210. n. 3.

Censuræ non publicantur in Ecclesijs nostris in Festis. & Octauis Sanctorum Ord. 185. n. 17.

Cessante legis ratione, cessat lex. 197. n. 5.
Clausuræ Monialium ingressus quando vetitus Episcopis, & Superioribus 16. num. 5. & f. 95. num. 1. Quando pueris. 96. num. 2. Nullus eam ingredi potest, ad conspergendum Cellas aqua benedicta. 97. num. 3. Nec mulieres ingrediendi facultatem habentes, sine Monialium consensu. ibid. num. 4. Nec parentes, etiã infirmitatis causa. num 5. Nec Processiones, 98 num 6. Clausuram ingrediens duos passus, & statim regrediens, eam violantium pœnas non incurrit. 205. num. 16. Idem dic de Moniali similiter egrediente. ibid. Clausuram egredi Monialis quando possit. 104. num. 14 Quando, & quomodo energumena. ibidem num. 15.
Clausuram ingredi potest Confessarius, etiam sine socio, & quomodo. 98. num. 7. Eam quan

quando ingredi possunt Prælati & Confessarij, ad celebrandum. 99. num. 8. Generales, Prouinciales, & Visitatores cum quot socijs eam ingredi possint. 100. num. 9. & 10. Aliorum Monasteriorũ Clausuram ingredi possunt inuitati à Monialium Superioribus. 101. num. 11. Eam visitare possunt Episcopi. 102. num. 12. Licentias ingrediendi Monasteria, vel alloquendi Moniales, non ad Episcopos, sed ad Regulares dare spectat. ibid. num. 13.

Clerici imperiti ab Officio Chori dispensari possunt. 258. num. 1.

Collocutoria Monialium vbi esse debeant. 106. nu. 17.

Confessionalia Monialium in Ecclesijs exterioribus esse debent. ibid. n. 18.

Confessores Fratrum trigesimum ætatis annum excedant. sed dispensari possunt. 108. num. 2. A Prouinciali, & tribus

Examinatoribus examinari debent. 109. num. 3. Confessiones Familiarium Conuentus audire possunt. 116. num. 12. Similiter & Tertiariorum; non autem Tertiariarum. 118. num. 13. Omnes vnius Conuentus Confessores simul suspendi nequeunt. 114 n. 10.

Confessores ordinarij, & extraordinarii ab Episcopo approbari debent: Ordinarii autẽ per triennium tantùm durent. 119 n. 15.

Confessores sæcularium trigesimum ætatis annum excedant. 107. num. 1. Generaliter idonei reperti generaliter approbari debent. 110. num. 5. Ad beneplacitum, & absque limitatione admissi, generaliter admissi censentur. 111. num. 6. An reuocari possint? ibid. facultas audiendi confessiones indefinitè data non expirat per mortem concedentis. 112. num. 7. Idonei reperti admitti debent.

Non admittens peccat mortaliter ; & iniustè non admissi validè confessiones audient: ibid.num.8. Semel examinati, & approbati ab eodem Episcopo examinari nequeunt. Secùs autem, non examinati ; & ab alio Episcopo.113.num.9. Semel approbati ab Ordinario, in itinere, siue in mari, siue in terra, absque alia Ordinarii licentia, confessiones audire possunt.115.num.11. Approbati ab Ordinario ad audiendas confessiones, non censentur approbati prò Monialibus. Nec approbati prò vno Monasterio, prò alio approbati sunt. 118. num.14. Confessarij per se sollicitantes ad inhonestà incurrunt pœnas, contra huiusmodi latas: non autem sollicitantes per tertiam personam, aut ad alia peccata. 119. num.16. Confessarii dispensare possunt cum coniugibus ince

stuo

ſtuoſis.161.num.9. Cum coniugibus, qui ante conſumatũ matrimonium ſimplex caſtitatis votum emiſerant. ibid. num. 10. In omnibus votis, exceptis,&c.162. num 11. In voto aliquo directè, & indirectè etiam in voto caſtitatis. ibid.n.11.

Conſcientiæ oneratio quid importet in facultatibus. f.198. num.6.

Conſeruatores quid. 120. nu 1. Poſsunt cognoſcere de notorijs. 121. num.2. Vti poſsunt brachio ſæculari, & carceribus Epiſcopi, & Poteſtatis. 122.num.3.Poſsunt per cenſuras procedere, & ab eis abſoluere.123.num.4.Datur præuentio cauſarum inter Conſeruatores duarum Religionum.123.num.5. Inſtitui debent; & ſemper inſtitui poſſunt.124.num. 6. Contra Parochos procedere poſsunt. 133.num.2. Participant de bonis ſpiritualibus Ordinis, &

In

Indulgentias lucrantur. f.203. num.7.
Consuetudo contra sacros Canones est corruptela. 174.nu. 14.
Conuentuum concessiones confirmauit Vrbanus VIII. 125. num. 1. Nouæ Conuentuum erectioni prærequiritur Episcopi licentia: sed iam cœpti perfici;& de vna in aliam partem, sine tali licentia, transferri possunt.ibid.num.2. Vnius Conuentus bona, si dimittatur, in alium trasportari queũt 125. num. 3. Conuentus à se inuicem quantum distare debeant 130.n.6.
Crux vna duntaxat leuari debet, cùm defunctorum cadauera deferuntur. 51.n.3.
Curati peccant, nolentes leuare cadauera, si tot Clerici non vocentur 131 num.1. Nequeunt impedire, quin quis cum Religionis habitu sepeliatur; aut quod sepulturam in Ecclesijs Regularium
eli

eligat.132.num.1.& 2.Ius sepulturæ prætendere nequeũt, antè quàm cadauera sepeliantur 133.n.3.Nec maius ius ab illis,qui in Regulariũ Ecclesijs sepeliuntur; nec vt tot Missæ sibi,quot Regularibus, relinquantur. ibid. num.4. Nec quòd hęredes celebrari faciãt Officia in eorum Ecclesijs.135. n.5.

Custos non nisi post sexennium reeligi potest.à fol.135.nu.1. Cùm officium explet, nec in Diffinitorem,nec in Guardianum eligi potest.139. num.8. Durante Custodiatùs officio, nec Guardianus,nec Vicarius, nec Monialium confessor esse potest. 140.num.10.

D

DEclaratio electionis factæ. fol.92.& 93.

Decreta declarantur à condentibus illa: at à Prælato Regu-

gulari declarari possunt.146.
num.6. Decreta Sacrarum Cō
gregationum quam obligandi
vim habeant.148 num.8. De-
cretis contra facultatem absol
uendi à casibus Bullæ Cœnæ
satisfit.35.num 14. Decretum
legendum fer.6. post Octauā
Assumpt B.V. & in Capitu-
lis, aut Congregationibus.
57. Huius lecturæ obligatio
extenditur ad totum Augu-
sti mensem.152.num.13. De-
cretum contra Astrologiæ ar-
tem exercentes. 67. Decre-
tum contra retinentes libros
Geomantiæ, &c.non legitur
amplius.141.num.1.Decretum
Vrbani VIII. Militantis,&c.
non contradicit necessitati.
143.nu.4. Decretum Pauli V.
ne Superiores se intromit-
tant in causis ad S. Officium
spectantibus 151.num.10.De-
cretum Pij V. ad fauorem re-
currentium ad S. Officium,
non est in vsu. 152. num.11.
Decretum de celebratione
Mis.

Missarum infra mensem, à die ibi præscripto, legi potest. 154. num. 15. Decreta de Apostatis legenda ibidem num. 16.

Definitores, durante eorum officio, Guardiani, aut Vicarij, aut Monialium Confessarii esse nequeunt. 140. num. 9. Expleto officio, Guardiani esse non possunt. ibid. num. 10. Quatuor tantùm Diffinitores sint, & non plures, 141. n. 11.

Discreti, aut non eligi, aut conformiter ad sacros Canones eligi debent. 173. num. 13. & 14.

Dispensari non debet, ad effectum eligendi aliquem, &c. f. 171. num. 9. Dispensatio commune bonum respicit. ibid. Dispensandi facultas ex vi privilegiorum non expirat, defuncto Summo Pontifice. 163. num. 13. Dispensatio, vide sup. ver. Confessores. infrà ver. Generales, & ver. Prælati.

DOS

Dos à Puella Religionis habitũ susceptura, quomodo solui debeat, 239.num.2. Restituenda hæredibus, si antè professionem decesserit. ibidem nu.3. Non autem, si profiteatur, etiã ante completum probationis annum, 241.n.7.& 8.

E

ECclesia prima, si transferatur in alium locum, ad humanos vsus reduci potest. 129. num.4.
Electionis declaratio. fol. 92. & 93. Electio sine simonia facienda. 164.num.1. Tractatus concordatiui præcedere possunt electionem. ibidem num.2.& 3. Debet esse libera. licèt coarctari possit ad certum personarum genus. 170. num.8. Electores non semper excusantur ab ignorantia, 166.num.3. Nil magis Religioni proficuum, quàm melio-

res

res eligere. 167.num. 4. Propterea Electores de eligendis melioribus iurare debent. ibid. Hinc sub mortali meliores eligere tenentur. 168. num. 5. & 7. Eligendi Clerici, & literati 172. num. 10 & 11. Electores debent esse Clerici in sacris constituti 173. num. 12.

Eleemosina pro habitu defunctis concedendo dari non debet, ad effectum lucrandi Indulgentias. 211. num. 5. Eleemosynis pluribus vna Missa satisfit. 236. num. 9.

Episcopi habent facultatem absoluendi, &c. 26. num. 6. fol. 29. n. 9. Monialium Regularibus subiectarum clausuram visitare possunt. 102. num. 12. Quomodo possunt admittere Confessores, sine præuio examine. 109. num. 4. Non admittentes idoneos peccant mortaliter. 112. num. 8. Possunt instare, ac terminum Superioribus præscribere, vt
no

notoriè delinquentes puniant. 183. num. 13. Possunt visitare Confratres. 184. num. 15. Sed non eos compellere ad Processiones. 185. num. 16. Possunt aliquando dare Monialibus Cõfessarium extraordinarium. 187. num. 19. Et prohibere, ne Moniales in baccanalibus virorum indumentis, & armis vtantur. ibid. num. 20. Ordinare necessaria circa Monialium clausuram. 287. num. 21. Et prohibere, ne Superiores dent Religionis habitum puellæ, nisi ipsis certioratis. ibid. num 22.

Episcopi nequeunt impedire, quominus in quocunque decenti loco celebretur. fol. 40. num. 2. Nequeunt visitare Altaria, & Cappellas in Ecclesiis Regularium 41. num. 4. f. 179 num. 8. & f. 184. num 15. Nec Monialium clausuram ingredi, causa electionis faciendę 95. num. 1. Nec puellæ voluntatem explorandi gratia.

tia. 189. num. 22. Nec Monialium parentibus, eam ingrediendi, facultam concedere. 97. num. 5. Nec eligentium Abbatissam vota recipere; nec eius electionem confirmare, 18. num. 7. Non ipsi, sed Regulares licentias alloquendi Moniales, aut clausuram ingrediendi, concedere debent 102. num. 13. Nequeunt suspendere omnes simul vnius Conuentus Confessarios. 114. num. 10. & f 186. num. 18 Nec coarctare Confessarios ad certum personarum, & locorum genus. 175. num. 2. Nec vt infirmorum confessiones non audiant. 176 num. 3 Nec sub censuris intimare Regularibus Sac. Congreg. Decreta. ibid. num. 4. Nec punire non obedientes; sed certiorem facere eandem Sacrã Congreg. ibid. Nec Conuentus Regularibus adimere. 177 num. 5. Nec dare licentias Regularibus, vt prædicent

in

in Ecclesijs suorum Ordinum. 178. nu. 6. Nec prohibere quæstuationem Mendicantibus. ibid. num. 7. Nec capturare Regulares, etiam nouitios. 180. num. 9. Quòd si notoriè delinquentes carcerauerint, quia eorum fuga timetur, infra viginti horas Superioribus præsentare debent. 181. nu. 10. Quòd si in carceribus vexauerint, in excommunicationem incidunt. 182. num. 12. Contra notoriè delinquentes possunt capere informationem, eamquè ad Superiores mittere. ibid. num. 11. Impedire nequeunt, quin Regulares in priuatis Oratorijs celebrent. 192. num. 4. Aut præcipere sub excommunicatione, ne Regulares ad Monasteria Monialium accedant. 252. num. 24. Aut cogere Regulares ad Orationem 40. horarum. 264. n. 3.

Eucharistia ministrari potest à Regularibus. 189. num. 1.

Il-

illam ab eis sumens in die Paschatis sine Parochorum licentia, non satisfacit pręcepto ibid. Satisfaciunt tamen Vagi, Aduenę, Peregrini, & Conuentuum familiares. 190 num 2. Ministrari potest à Regularibus in Oratorijs priuatis. 192. nu. 5. Quando exponi potest, 263. num. 1. & 2.
Expelli possunt à Religione incorrigibiles 193. num. 1. Qui delicta diffamata, & morbos contagiosos ante professionē tacuerunt 195. num. 2. 3. 4. & 5. Expulsi à Religione non tenentur ad vota, nec ad eam redire. 16. num. 5. Expellentibus oneratur conscientia. 198. num. 6.

F

De facto procedentibus de facto est resistendum 180. num. 8. Familiares qui. f. 117. num. 12. Gaudent priuilegiis
Re-

Regularium.f.199. nu.1.Episcoporum censuris non subiacent.200.num 2.Eorum confessiones à Fratrum Confessoribus audiri possunt ibid.n.3. Diuinis interesse possunt tempore Interdicti.ibid.

Fundatores, & Fundatrices gaudent Ordinis immunitatibus.201.num. 4. Qui fundatorum nomine intelligantur. ibi. num. 5. A multis casibus absolui possunt, 202. num.6. Participant de bonis, quæ fiunt in Ordine. 203. num.7. semel in vita, & in morte indulgentiam plenariam; & Stationes Ecclesiarum Vrbis lucrantur. ibid.

G

GEnerales ingredi possunt Monasteria Monialium. fol.99.num.8. Cum quot sociis. f.200. num 10. Possunt admittere Confessores extra Capitulum, & Congregationem.

108. num. 2. Etiam sine tribus Examinatoribus. 109. num. 3. Etiam sine prævio examine. ibid. num. 4. Declarare possunt Decreta Pontificia. 146. nu. 6. Eorum declarationibus standum est. 147. num. 6. & 7. Dispensare possunt cum mutilantibus, & mutilatis. 155. n. 1. Cum homicidis voluntariis occultis 156. num. 3. 4 & 5. Qui tamen non sint assassini. 212. num 6.

Generales quùm prima vice ingrediuntur Ordinis Ecclesias. 204. Ecclesias Monialium. 206. Quùm processionaliter recipiuntur in Ecclesiis S. P. Dominici. ibid. In tribus casibus deponi possunt. 207. num. 4. Dispensare possunt cum excommunicatis, suspensis, & interdictis celebrantibus. 159. nu. 6. Et in Officiorum privatione. ibid. num. 7. Cum Monialibus in silentio, & aliis, 248. num. 19. Cum Clericis ignorantibus

in

in officio diuino.258.n.1.
Gratię concessæ non sunt faciliter reuocandę.29.num.10.Sed sunt ampliandę.36 n 14.
Guardiani dispensare possunt cum Religiosis, aliundè ad se venientibus 157.num. 4. Per triennium durante 207.num.1.
Et vltrà per alios sex menses. 208.num. 2. Possunt amoueri in Congregationibus ibid.n.3. Possunt alloqui Moniales suæ iurisdictioni subiectas. ibid. num.4.

H

HAbbitum Tertij Ordinis deferre nequeunt Eremitæ, sine Superiorum Ordinis licentia. 209. num. 1. Eis Caputium, nec Nuncii Apostolici concedere possunt. 110.num. 2. Habitus Religionis Nouitio exeunti restituendus non est, sed pretium. ibid.num.3.Cum habitu decedentibus Indulgentiæ conce-

ceduntur. fol. 211, num. 4.
Hymnus, Veni Creator. 89.

I

IDiotas, & illiteratos ad Ordinis dignitates assumi, indecorum. fol. 148. n, 7.
Incorrigibeles quomodo, & à quibus expelli possunt à Religione. 193. n. 1.
Indulgentiæ coceduntur cum Religionis habitu decedentibus. 211. num. 4. Concessæ Regularibus pro defunctis non sunt reuocatę. 213. num, 1. Concessæ sunt à Leone X. omnes Indulgentię suorum prædecessorum, defunctis applicabiles. 214. num. 2 Recitantibus Coronam Domini, vel B. V. vel Psalmos Pœnit. vel Officium defunctorum conceditur Indulgentia plenaria defunctis applicabilis. ibid. nu. 3. Indulgentiæ concessæ Ecclesijs extenduntur ad Oratoria. 215. num. 4. Ad

Fratres existentes in Sicilia. ibid.num 5. Indulgentias concedere possunt Concionatores.216.n.6.

Informatio capta ab Episcopo contra Regulares non valet, ad condẽnandum eos. fol.182. num.11.

Ignorantia in Electoribus non semper excusat.166.num.3.

Interdicta non publicantur in Ecclesijs nostris in Festis, & Octauis Sanctorum Ordinis. 185.n.17.

Iubilæi tempore à Regularibus eligi potest Confessarius à solo Prælato approbatus. 216. num.7.

Iudices in sæculo homicidæ dispensari possunt à Prælatis in Ordine.212.n.6.

Iudicium idem est de his, quæ non sunt, & quę nõ apparent. 138.n.5.

Iustitia distributiua damnatur, quando causa est, vt non meliores eligantur.168. nu.6.

L

Legatorum perpetuorum capaces sunt Fratres Minores. fol.218. per totum tit.
Leges condendi potestas est in primo gradu meri imperij. 149. Vt obligent, publicari debent 150. n.9.
Lex generali non comprehendit casus particulares. 290. num.6.
Licentiæ ad ingrediendum clausuram; vel ad alloquendas Moniales, à Superioribus Regularibus dari debent. 102. n.13. Pro construendis Conuentibus, gratis dandæ. 126. num.2.

M

Ministri Prouinciales per sexennium ab eodem officio vacare debent. 222. à num.1. ad 10. Per triennium, & sex menses durare possunt. 229.

229.num.11. Prouinciali decedente primo officij anno, alius eligatur, qui per triennium duret 230.num. 12. Semestri Generalem commoneăt de sui officij termino. ibid. nu. 13. Expleto officio nec Diffinitor, nec Guardianus esse potest. ibid. n. 14 Vide alia in ver. Prælatus.

Missa celebrari potest à principio diei, vsque ad Nonam. 231.num.1. Semihora ante Auroram, sine priuilegio. 233. nu.3. Vna hora, ex priuilegio. ibid. Per tres horas antè Solis ortum. ibid. Ex priuilegio, & causa per tres horas post meridiem celebrari potest ibi num.4. Semper, & vbique licitum est Mendicantibus celebrare. 235. num.6. & 10. Missas audientes in Ecclesijs Regularium satisfaciunt. ibid. num 7. Missa approbata prò vna Religione ab alijs celebrari nequit. ibi num.8. Missa pro defunctis,

vide tit. de Indulgentiis.
Moniales tempore Iubilæi eligere poſsunt Confeſſarium à ſolo Superiore Regulari approbatum. 217. Quando recipere poſsunt puellas 238. num. 1. Non admittant puellas ad educationem, quæ admittere nequeunt ad habitum. ibid. num. 2. Monialium habitum ſuſcepturæ dotem quomodo ſoluere debeant. 239. num. 2. Per duos menſes ante profeſſionem ſuis bonis renunciare poſsunt. 243. num. 9 Legere neſcientes nec ad Chorum, nec ad profeſſionem admittantur ibid. nu. 10. Tenentur ſeruare Statuta Capituli Generalis, & Prouincialis. ibid. num. 11. In communi bona ſtabilia habere poſsunt. 244. num. 12. In particulari autem, nequaquam. ibid. num. 13. Habere poſsunt redditus vitalitios. 245. num. 14. Moniali de numero præfixo decedente.
quæ

quę puella admitti debeat. ibid.n.15. Nequeunt diſponere de ſuis Cellis.247. num.16. In communi Refectorio, & loco comedant, & laborent. ibid.num. 17. Externis cibos non parent, exceptis parentibus.ibid num. 18. Non admittant Conuerſas ſine neceſſitate.248.num.20. Moniales alloqui vetitum, fol. 249. num. 21. & 22. Non tamen excommunicationem ſuper hoc ab Epiſcopis indictam incidunt Regulares.f.251. num. 23.

Mutilatio quid.156.num. 2.

N.

NEmo plus iuris transfer. in alium, quàm habeat in ſe. fol. 174.n. 13.

Notoriè ſcandaloſi proceſsari, & quandoque carcerari poſsunt ab Epiſcopis.181. num.10.

Notorium quid.f.121. nu.2.

Nouitii carcerari nequeunt ab

ab Episcopis.180 num. 9. Eis prorogari potest probationis tempus.253.num. 1. Probari debent per annum integrum, continuatum, sumendum de momento ad momentum. 254. num.2.3.& 5. Quid in anno bisextili ? 255. num.4. Probationis annus non interrumpitur, si ex mala valetudine extra Monasteriũ maneant.256.num. 6. Semel exeuntes, iterum ad habitum admitti possunt ; non autem, si secundò exierint. 255.nu.5. De proximo Religionem ingressuri absolui possunt à censuris.160.nu. 8. A casibus Episcopo reseruatis,& à debitis.257. num. 8. Si autem professionem non emittant, reincidunt in obligationem debitorum ; at non in censuras.258.n.9.

Nouitij nobiliores priùs ad habitum admittendi. 279.nu. 10.

Odia

O

ODia ſunt reſtringenda. fol. 36.nu.14.& 193.n.5.
Officium diuinum recitans, neceſſe non eſt, vt ſeipſum audiat. 259.num. 3. Recitans Officium ſequentis diei, antequàm ſoluerit aliud præcedentis, ſatisfacit; ſed venialiter peccat. ibid. num.3. Recitans non integrè in Choro, propter defectum viſus, vel auditus, quando ſatisfaciat. 260.num.4. Ab Officio diuino aliquando excuſantur Lectores, Concionatores, & Confeſſarij. ibid. num.5. Officium pro Officio voluntariè recitatum non ſatisfacit. 261.num.6. Occupati ex officio, & obedientia inter horarum recitationem ſatisfaciunt. ibid. num. 7. Officium in libro ſoluentes Indulgentias lucrantur. 262. num. 8. Officium Sanctæ Conceptionis in 2. Dominica Aduentus

tus quomodo recitari debeat. ibid. n. 9.
Opinio tuta ſequi poteſt, etiam ſi adſit tutior. 27. n. 7.
Oratio 40. horarum quando fieri poſſit. 263 num. 1. & 2. Ad hãc Orationem nequeunt. Regulares conſtringi ab Epiſcopis. 264. num. 3.

P

PArocho venire recuſante, eo inuito, poſsunt Regulares cadauera leuare f. 53. n. 5. Parochus retardare nequit cadauerum ſepulturam. fol. 133. num. 3.
Particula, ipſo facto, & abſque alia declaratione, exponitur. fol. 144.
Pater eligere poteſt ſepulturam filiis 14. annis minoribus. 54. num. 6.
Patres habituales nullum vocum actiuum habent in electionibus. 265. à num. 1. ad 6.
Patres duo conceduntur Prouin

uincijs Vltramarinis, 269.n.7.
Patribus habitualibus aliqua conuenit præcedentia. 270.n. 8.& 9.
Pœnam ſubire non tenetur, qui erraſse non declaratur. 144. n. 4.& 145.n.5.
Præcedentia digniori debetur. 272.nu.1. Ordini Prædicatorum primò; Minorum ſecundò, inter Mendicantes. 273. num.2. Quomodo illis conueniat, qui priùs in locis Monaſteria habent. ibid. num.3. Obſeruantes, & Reformati præcedunt Cõuentuales.275. num. 4. In Cappella Pontificia Procurator Generalis Obſeruantium præcedit Procuratorem Generalem Conuentualium.276.num.5. Præcedunt Reformati alios Regulares in Proceſſionibus, etiam ſi ſine Fratribus de familia incedant.277. & inde. Præcedentia inter Moniales oritur à die receptionis habitus.279.num.9.Idem dic de
alijs

alijs Regularibus. ibi num. 10.
Prædicatores quomodo admitti possunt ab Episcopis in suæ Diœcesis Ecclesijs. 281. num. 1. Quùm est dubium, à quibus alendi sint, alat Episcopus. 282. num. 2. Mendicantes prædicaturi in alijs Ecclesijs, facultatem ab Episcopo habeant: in proprijs verò, benedictionem duntaxat petant. ibid. num. 3. & 4. Prædicare tamen poterunt sine tali benedictione, ex malitia eis negata. ibidem. Prædicatores idonei admitti debent ab Episcopis. 284. n. 7. Nec tamen examinandi sunt; num. 8.
Prælati sicut absoluere possunt à casibus, ita & absolui, etiam extra iurisdictionem. f. 36. nu. 16.
Prælati Regulares habent in Religiosos eandem facultatem, quam habent Episcopi in subditos. 26 num. 6. Dispensare possunt cum Monialibus

illc

illegitimis. 14. num. 3. Cum Religiosis sui Ordinis, etiam aliundè venientibus. 159. nu. 6 Transmittentes notoriè delinquentem, ne eum puniãt, quomodo castigandi. 183. n. 13. Vide alia ver. Dispensatio, & ver. Generales.

Prælatis Ordinis Minorum Monialium Ordinis, & Conceptionis cura demandata est. 286. num. 2. & 3. Etiam Monasteriorum, de nouo extruendorum, 287. num. 4. Quarum curam, sine dispensatione Apostolica, habere nequeunt Ordinarii num. 4. Prælati Regulares quos casus reseruare sibi possint. 288. num. 5. 6. & 7. Guardiani tamen eos reseruare sibi nequeunt. 291. num. 8. Prælati maiores nequeunt eximere subditos ab obedientia minorum. ibid. n. 9 Limita tamen, vt ibi.

Prescriptione Ecclesiæ Romanæ gaudent Fratres Minores. 293. n. 2. & 318. n. 6.

Pri.

Priuilegia vni Ordini . vel vni Domui concessa ad alios extenduntur. 292. num. 1. Priuilegiis renuncians non præiudicat aliis participare volentibus. Sic etiam, si aliquis Ordo eis non vtatur 294. num. 4. Priuilegiis, renunciatis ab Ordinibus, non gaudent Syndici, & Procuratores. 295 num. 5. Priuilegia renunciari possunt à Superioribus. 296. num. 6. Priuilegia Patrum, & personalia reuocata sunt. ibid. num. 7. & 8. Non tamen reuocata sunt concessa Regẽtibus, Lectoribus iubilatis, &c. 298 num. 10. Nec concessa celebrandi tempore Interdicti. ibi nu. 11.

Processionibus interesse debent Regulares 299. num. 1. Quibus interesse debeant Reformati. 300. num. 2. & 3. Regulares tenentur interesse in numero decenti. 301. num. 5. Si tamen inuitati fuerint. 32. nu. 6. vel per dimidium milliarij

non

non distent, num. 5. Nihilominus contra non accedentes per censuras procedi nequit. n.6. Intra Claustra, & Septa Ecclesiæ processiones fieri possunt. 303 n.7. Processio Sãctiss. Corporis Christi in die illius tantum à Cathedralibus fieri potest 304. n 8. In aliis autem diebus à cunctis Ecclesijs. 305. num. 9.

Professio per duas horas ante annum emissa, inualida à 254. num, 3. Profiteri cogentes mulieres excommunicantur. 307. nu. 1. Similiter impedientes professionem. ibi. num. 2. Non sic intelligas de viris. 308 num. 3. Professio in articulo mortis est valida. ibi. 4. Professiones tacitæ non tolluntur, 309. num. 5. Qui professionis tempore infirmitates, & impedimenta reticet, post professionem reclamare nequit. 310. num. 6. Post completum probationis annum intelligitur tacitè profes-

fessus; nec ad expressè profitendum compellendus est. ibid. Non sic autem intelligitur, qui habitum totaliter diuersum defert. ibid. num. 7. Professio siue expressa, siue tacita intra probationis annum non obligat, dummodo post annum tacita professio non interueniat. 311. num. 8. Professionis nullitas cum habitu coram Ordinario, & proprio Superiore probari debet. ibid. num. 9. Professionis nullitatem etiam post quinquennium allegare potest ignorans, & impeditus 312. num. 10. Ignorantia autem nõ probatur iuramento allegantis. 314. num. 13. Metus reuereuentialis sufficit, ad allegandum professionis nullitatem. 313. num. 12. Professionis nullitatis lites quanto tempore terminandæ. 314. num. 14. Professus nulliter peccat mortaliter, si Ordines suscipiat. ibid. num. 15.

Puel

Puella ad Religionis habitum non admittatur, nisi Episcopo certiorato. 88.num.22. Neque ad professionem. ibid. Non admittatur ad habitum, nisi post 12. annum completum; nec ad professionem, nisi post sextumdecimum. 240.n.6 Non interrumpitur probationis annus, si ex valetudine extra Monasterium manere contingat. 256.n.7. Vide alia ver. Moniales, & ver. Dos.

Q

QVarta funeralis à quibus Monasteriis soluitur. 315. num.1. A sæcularibus non soluenda. 316.num. 3. Nec à Fratribus Minoribus. 317 n.4. & 5.

Quæ de nouo emerguut nouo indigent auxilio. 290.n.6.

Qui in vno grauatur, in alio releuatur. 158. num. 4. Qui sentit incommodum, & com
mo-

modum sentire debet ibid.
Quinquennium reclamationis à Professione quomodo intelligitur. 313. num. 12.

R.

Regulares ministrare possunt Eucharistiam. 189. num. 1. Possunt celebrare in Oratorijs priuatis. 192. nu. 4. Facti Episcopi nequeunt asportare secum res Monasterij. 319. num. 1. Non soluunt Officia iuxtà sui Ordinis ritum. ibi. num. 2. Licèt Minores celebrare possint Ordinis Missas. ibid. Non tenentur ad obseruantias Religionis. 320. num. 3. Regularis dans aliquid Protectori, vel eius Officialibus, prò consequendis dignitatibus, simoniam committit. ibid. num. 4. Possunt esse testes in causis criminalibus. 321. num. 5. Approbati à proprio Superiore posśunt audire confessiones Equitum.

fol.

fol.322. num.6.

Reliquiæ antiquæ extra capſam non oſtendantur. 323. num.1. Reliquias furantes non excommunicantur à iure; ſed à Conſtitutionibus. ibidem num.2. Eas vendere eſt ſimonia. 324. num.3. Reliquię paruulæ furtum non eſt peccatum mortale. ibid. Limita vt ibid. Reliquię non Canonizati, aut Beatificati priuato cultu coli poſſunt. 325. num.4. Et poni inter alias Reliquias ſuper Altaribus, ibid. num 5.

Reſeruatio caſuum, vide ver. Prælati.

S

Sententia declaratiua criminis requiritur, vt quis pœnam ſubire teneatur. f.144. n.4 & 145. n.5.

Sepultura filijs 14. annis minoribus eligi poteſt à patre 54. num.6.

Se-


Sexennium vacationis quomodo intelligant PP. Sanctorus, & Spinatiola, à f. 136. num. 2. ad 139. num. 7. Aliter tamen intelligitur, à f. 224 num. 3. ad 228. n. 10.

Statutum contra ius commune fieri non debet. 174. n 14.

Subditi nequeunt de occultis inquirere, vt alios Superioribus accusent. 349. num. 12. Sine præuia correctione accusare possunt, ibid. num. 13. Limita nu. 14.

Subrogatio de quo, & quomodo fieri debeat. 326.

Syndici concedere possunt Cappellas hæredibus Fundatorum Conuentus 130. num. 5. Banniti recipi possunt in Monasterijs. 47. n. 2. Gaudẽt priuilegijs fori Ecclesiastici. 329. n. 3. Gaudent, & Religionis Indulgentijs. 330. n. 2.



Ter